Predikosamling :

Handskrift // HS / A 201

Tillkomstår mellan 1300 och 1400?

Digitaliserad år 2021

National Library
of Sweden

Predikosamling :

Handskrift // HS / A 201

Tillkomstår mellan 1300 och 1400?

Digitaliserad år 2021

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library
of Sweden

HS / A 201 -

[illegible]

[illegible] Omnes [illegible] pe Omne[illegible]

[illegible] Exposicio orois [illegible] multa

I. K
F 15

15

Kungl. Biblioteket,
STOCKHOLM
Handskrifter.
№ A 201

HS / A 201 - #1r

Cartusie Erfordensis V ~~[illegible]~~ f. m ~~[illegible] Folio~~ 1

Prima dominica in adventu ¶

Hora est iam nos de sompno surgere. Ad Ro. xiii. In hac epistola invitat nos apostolus ad quattuor. ¶ Primo monet de sompno surgere ibi hora est etc. ¶ Secundo monet nos opera tenebrarum abicere ibi abiciamus opera tenebrarum. ¶ Tercio arma lucis induere ibi ¶ Et induamur arma lucis. ¶ Quarto honesta conversacione habere ibi ¶ Sicut in die honeste ambulemus. Nota sompnus de quo hic agitur peccatum significat. ¶ Unde Seneca: sompnus est mortis ymago. Sicut enim sompnus est representacio mortis corporalis, sic peccatum est ianua mortis. ¶ Hora est surgendi propter quattuor. ¶ Primo quia brevis est vita nostra. ¶ Unde Job xiiii°: Breves dies hominis sunt. ¶ Secundo quia longa est via. iii Re° xix: Surge comede, grandis enim via tibi restat. Super quo dicit Bernardus: Vere grandis inquit semper est laborandum et numquam a bono opere cessabitur. ¶ Tercio quia multa sunt impedimenta. ¶ Unde apostolus: Volui venire ad vos sed semel et iterum impedivit nos sathanas. ¶ Quarto quia propior est ortus solis ibi Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. ¶ Est ergo surgendum a terra. ¶ Primo ad compungendum peccata commissa. bona obmissa. gratiam dei amissa. Unde Gregorius: ¶ Quociens anima osculatur deum quociens eius amore compungitur. ¶ Secundo surgendum est ad meditandum scilicet in divina. in oracione assidua. in contemplacione devota. ¶ Unde ps. Beatus vir qui in lege domini meditatur die ac nocte. Bernardus: Omne tempus in quo de deo non cogitas hoc te perdidisse computes. ¶ Tercio surgendum est ad operandum videlicet iusticie. pietatis et misericordie opera. Ad Tytum: Sobrie iuste et pie vivamus etc. ¶ Post hec nos

Job. Bern. Apostolus. Gregorius. Spal. Bern. Ad Tytum

~~Sermones de [illegible] in nob~~
~~et in fine [illegible]~~

Johannes [illegible]

Inköpt till Kgl. Bibl.
från G. Stephens
23/10 1848.

monet apostolus Opera tenebrarum
abicere ¶ Primo opera te
nebrarum abicere ideo dici
tur quia in tenebris fiunt
Job Unde Job m° Qui male
agit odit lucem ¶ Secun
do abicere debemus opera te
nebrarum quia gravant
Apostolus Unde apostolus Sicut honus
grave gravate sunt super me
ibi dicit glossa. Unde
venitur ad transitum omne
honus remanet temporalium
sed quia peccatum non est
leve ideo difficili transit cum
stat ¶ Tercio quia sunt odiosa
Seneca Unde Seneca Si scirem
deos ignoscituros et homines
nos ignoraturos visuros
tamen peccare propter turpitu
dinem peccati non ¶ Quar
to quia sunt nociva Unde
in proverbiis ¶ Usquequo par
vuli diligitis infantiam
¶ Quinto hominem excecant
Unde sapientia ¶ Excecavit eos
malicia eorum ¶ Iste monet
Apostolus nos apostolus arma lucis indu
ere ¶ Primo quia nos ar
mant. Ad ephesios secundo.
Induite vos armaturam

dei sicut filii electi ¶ Secun
do quia illuminant in lucas
v° Vos estis lux mundi
in eodem ¶ Luceat lux vestra
coram hominibus ¶ Tercio quia
nos honorant hester m°
Induta est hester regalibus
vestimentis et in mattheo
Amice quomodo huc intrasti
¶ Quarto monent nos apostolus
honestatem conversationis
habere. Ad quam habendam
quinque nobis sunt necessa
ria ¶ Primum innocencie conscientia.
Unde psalmus custodi innocen ps.
ciam et vide equitatem
et cetera ¶ Secundo fame custoditio
in ecclesiastico Curam habe
de bono nomine. hoc enim
magis tibi permanebit
quam mille thesauri
magni et preciosi ¶ Lingue
refrenatio in Jacob m°
Si quis putat se religio
sum esse non refrenans
linguam suam sed seducens
cor suum huius vana est
religio et cetera ¶ Boni super
erogatio ¶ Lucas x° Si quid lucas
amplius supererogaveris Ego
cum rediero reddo tibi

diuine laudis frequentacio
nem dicit ¶ Omnem narraci
onem dei libenter audi
as. et prouerbia laudis non
effugiant te. Dominica secunda

De quindecim signa

Erunt signa in so
le et luna et stellis
Luce xxi° Iusticie sol
dicitur christus unde in
Malachia 4° vobis timen
tibus nomen meum orietur
sol iusticie ¶ In sole tria
sequuntur signa per que
cristi passio est figurata
¶ De primo legitur ysaie
viii° percussa est tercia
pars solis et cetera in mar
te tria fuerunt caro. de
itas ¶ anima ¶ et tercia
pars scilicet caro percussa
est in passione unde ysaie
liii° propter scelus populi mei per
cussi eum ¶ de secundo in apo
calipsi vi° factus est sol quasi
saccus cilicinus quod maxi
me tunc factum est ¶
Caro cristi ubi Mattheus dicit
prope passionis tempesta
tes ¶ quia mea quasi in
vili sacco. cuius psalmum
thesaurum habebat abscon
ditum ¶ unde psalmus conscidisti sac
cum meum et cetera ¶ De tercio
legitur in libro Iosue
x° cum Iosue cum quinque
regibus haberet conflictum
orabat ad dominum dicens
sol contra gabaon ne mo
uearis et cetera et tunc stetit
sol ita ut duo dies con
tinuarentur ¶ Iste sol cristus
est qui in passione stetit
immobilis et hoc propter
tria ¶ ut de hoste plene
triumpharet ¶ ut posteris
exemplum persistendi
tribueret ¶ et ut diem gratie
diei glorie continuaret
dies gratie est istud tempus
ab incarnatione usque ad iu
dicium ¶ dies autem glorie
erit in perpetua eternitate
Item sicut beata virgo
unde in canticis ¶ pulcra
ut luna et cetera ¶ luna inter
planetas terre est vicin
ior et virgo inter ceteros
sanctos ad intercedendum est pa
ratior ¶ Luna a sole reci
pit splendorem et beata
virgo a sole iusticie decorem

Incipit ab adam quem formauit deus etate.
Ad noe transiuit. secunda tercia sequens ad habram.
Anchoat a moyse. quarta. quintam dauid acius
Sexta datur christo. septima dann in seuo

virtutum vii Bm⁹ forma
eius pulchritudinis supra
modum radiebat ¶ Et
mea vita divina cho
ruscabat ¶ In abbacuc
legitur Elevatus est sol
et luna stetit in ordine
suo ¶ Nam cum Christus sol ius
ticie elevatus est Maria
ceteris discipulis fugien
tibus beata virgo immobilis
persistebat in fide. Unde
dicitur ¶ Generatio preterit
et generatio advenit terra
autem stat ¶ Glosa gene
ratio preterit quando pe
trus negavit generatio ad
venit quando latro credidit
terra autem id est virgo immobi
lis in fide perstitit ¶ Item
in stellis idest in sanctis
facta sunt signa. In Baba
ruch ¶ Stelle dederunt
lumen in custodiis suis
et luxerunt ei cum iocundi
tate ¶ Sicut in stellis custodi
is diversis lucebant mo
dis alii in penitencie la
mentatione alii in virginita
tis perfectione ¶ Sic et enim
sanctorum anime tamquam stelle

fulget meruisti coronam
que ab initio usque ad diem
hesternam assumpta est in gloriam.
Unde ps ¶ Gloria et ho
nore coronasti eum domine
scilicet filium id est gloriosi
et honorabiles ambulant
cum tamquam corona

Quindecim signa

Erunt signa in so
le et luna et stel
lis ¶ Ieronimus in annalibus
hebreorum invenit xv sig
na xv dierum sed utrum con
tinui futuri sint an inter
polati non expressit. An
tiqua verba dilectissimi
scribit nobis beatus Lucas
in quibus mira mirabilia
ponit omnibus hominibus
bonis et malis ad laudem
et leticiam et omnibus
peccatoribus ad omne ma
lum et ad perpetuam dap
nationem ¶ Et pollet mo
aliquis cogitare ¶ Quare
premittit dominus talia signa
diei iudicii precedere ¶
¶ Respondeo ¶ Quia iustum
et dignum est ut turbato
patrefamilias que et tota

familia eius secum turbetur. ¶ Signa autem precedent diem iudicii ut supra commemoravi. ¶ Nam sol et luna qui sunt quasi oculi celi et ita lucidi quod sua pulcritudine totum mundum decorant, ita lamentabiliter se transmutant quod hec adimpletur quod in ewangelio hodierno est positum: Arescentibus hominibus pre timore et propter magnam turbationem et miseriam que super veniet toti orbi. Sol autem se immittent sol et luna dicit Johel Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem. ¶ Dicit hec signa audite xv signa iudicium dei precedunt. ¶ Prima enim die secundum Ieronimum eriget se mare .xl. cubitis super altitudinem omnium montium stans in loco suo sicut murus quasi diceret Domine queso miserere mei dies enim vindicte advenit ad terram nunc elevor ad te fortiter dans suspiria

ut tunc recedat indignatio tua recordare Domine quod me tibi amabilem probavi. ¶ Secunda die mare ita tunc descendet ut vix posset videri quasi diceret Descendamus igitur ad ymum infernum si forte contigerit nos evadere diem ultionis dicite cum beato Iob: ¶ Quis michi tribuat ut in inferno protegas me. ¶ Tertia die belue maris apparebunt supra mare dabuntque rugitus usque in celum quasi diceret Heu heu heu quid vos peccatores facietis cum illuc veneritis ¶ ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat ubi pena incipit et numquam terminatur ubi vermes ut comedent ubi demones ut conculcent ubi dolores ut parturientis ubi tedium anime ubi anxietas et tristicia ubi monstra horribilia illis astancia ubi etiam secundum Iob non columnitum cum omnia que fecit deus consumentur propicius ergo esto deus et ut nos ibi non veniamus peccatores sed iusti ¶

¶ Quarta die ardebit mare et omnes aque q. d. consumamur igne temporali. igne eternaliter pacientes quia satis melius expedit ut igne leviori consumamur quam illo igne qui secundum prophetam succensus est in furore domini et ardebit usque ad infernum novissimum ¶

¶ Quinta die herbe et omnes arbores rorem dabunt sanguineum. quasi di. Domine adhuc non sumus immemores tui sanguinei sudoris quem sudasti oratione quod omnia vestimenta tua coinquinavit et conspersit ¶ Immo habundancia nimia profluxit. quando pre tristicia et metu mortis tristabaris dicens Tristis est anima mea usque ad mortem nunc et nos tristamur pre metu iudicii vicem tibi reddentes ut misereri digneris. ¶

¶ Sexta die ruent edificia q. di. humiliemur corruentes quia ut ait dominus ¶ Omnis qui exaltat humiliabitur. ne et nos corruamus et mittemur in perpetuam dampnationem cum superbis quia dicit beatus Iacobus Deus superbis resistit humilibus autem dat graciam ¶

¶ Septima die petre ad invicem collident ita ut unaqueque pars aliam comminuet q. d. Domine recordamur quod te moriente merore scisse sunt mortem tuam turpissimam ferre non valentes. quia torcular solus calcasti scilicet mortis nec fuit qui adiuvaret nec qui consolaretur dampnati merore ¶ Longe fecisti notos meos a me ~~a te~~ scindentes nos nunc secundario ¶ quatenus ut nos lateat furor tuus indignacio tua ¶. ¶. ¶.

¶ Octava die fiet generalis

terre motus qualis non fuit ab inicio mundi q. d. Domine recordor quod te moriente contremui et nescitudo te veniente cum maiestate contremisco. Supplico ut qui es verus iudex blandus et quietus michi venire digneris ¶

¶ Nona die equabitur terra q. d. equalia reddo terre edificia et altos montes derelinquo ut ita et indignatio tua super me non descendatur sed me humilem transeat ¶

¶ Decima die exibunt homines de cavernis suis et ibunt valde amentes nec poterunt sibi quidquam mutuo loqui et tacescent pre timore qui subiciet universo orbi. Item virtutes celorum movebunt. Sed videntes illud in cordibus suis dicent cum apoc. Ve ve ve habitantibus in terra peccatores. Ve quia confundentur, ve quia districte iudicabuntur, ve quia in eternum condempnabuntur ¶ ¶

¶ Undecima die surgent ossa mortuorum et sedebunt supra sepulcra q. d. Ecce venit rex occurramus ei obviam, surgamus ergo a sepulcris ipsi supplicantes qui nos creavit et propria sanguine redemit ut eidem animis nostris memor sit et misereri dignetur ¶ ¶

¶ Duodecima die cadent stelle secundum Joh. in apocalipsi dicens Ecce vidi quod sol factus est sicut saccus cilicinus et niger et stelle ceciderunt super terram quia adventu domini sencient et pavebunt adventum domini de celo cadentes ¶

¶ Tercia decima die morient omnes viventes ut cum aliis mortuis resurgent secundum ps. Quis est homo qui vivet et non videbit mortem q. d. Quid vobis proficit superbia aut divitiarum iactancia et cetera. Et Bernardus O homo memento unde sis et

erubesce vbi sis et cotris
tare et quo tendis et con
tremisce ecce mortui et
nec diuicie liberent
nos a morte nec honores
a fetore nec diuise eple
a uermium corrosione
Et iterum q. d. O homo
qui sedebas in trono
quomo iaces modo se
pult⁹ i tumulo qui ia
cebatis in cenaculis nc
corroderis a vermib⁹ i terra ¶
¶ Quartadecima die ardebit
terra idest superficies
terre et aeris ad purgati
cionem ut adimpleatur
id Apoc Vidi celu no
vum et terram novam
Et hoc ideo quia dco obe
dierunt ¶ Aliud tamen
fiet de miseris peccato
rib⁹ vel quomo purga
buntur qui deo nunquam
obedientes fuerunt ¶
¶ Quintadecima die resurgent
omnes homines et tunc
apparebit dns in maiestate
te sua que boni et ma
li videbunt Boni s
ysaya dicente Regem i
decore suo videbunt ¶
Iso sicut tres aposto
li ipsum viderunt in
transfiguratione et fuit
erit eis gaudium et ex
ultatio. Mali vero vide
bunt in forma cu qua in
cruce pendebat Et illis
scriptum est Viderunt in
quem olim transfixerunt
Et tunc dicet illis
ad dexteram positis No.
Venite benedicti vobis
regnum celorum etc dispo
sui ¶ O felix vox felix
promissio felix ratio ¶
Dicet impiis ad leuam
positis Ite maledicti in
infernum et in ignem
eternum qui dyabolo et
vobis parati sunt nunquam
inde redituri ¶ Heu
proh dolor quanta tristi
cia ¶ quantus luctus ¶ quan
ta miseria ¶ quanta pena
¶ quanta amaritudo et
quam inenarrabilis et
inevitabilis cordis mes
ticia in die illa Ideo o
remus ergo dnm ne
intremus infernum

Dominica tercia

Cum audisset ioh(annes) in vinculis opera christi. Matheus scripto .7. Johes baptista cum esset in vinculis positus ab herode et audisset miracula de cristo faciens quod sibi mortem imminere noluit dubium de cristo a cordibus discipulorum suorum amovere mittens duos ex eis ad ihesum ut interrogarent eum. ¶ Tu es qui venturus es et cetera. Primo tu qui venisti ad nos nascendo. es tu ad inferos descensurus moriendo. an alium expectamus demortando. Et respondit ihesus discipulis ¶ Non statim sed visis miraculis euntes et cetera usque ceci vident et cetera ¶ Exposicio huius particule hec est Johes idem est quod gracia ¶ Johes in vinculis est gracia ligata in peccatis ne in homine possit proficere. nec homo per graciam ad deum possit accedere. Unde in libro Sap(iencie) ix°. Corpus quod corrumpitur aggravat animam et terrena inhabitacio deprimit sensum multa cogitantem. ¶ Et

¶ Nota quod triplex est gracia scilicet ¶ Gracia preveniens que movet contricionem Gracia concomitans que affert bonorum operum consumacionem ¶ Peccator existens in vinculis ¶ Peccator audit dominum miracula facientem tunc quando christi opera cum legunt adsciuenda eius mandata ¶ Unde m° Osee In funiculis Ade traham te ¶ In vinculis caritatis ¶ No.

¶ ~~Nota~~ triplex peccati vinculum ¶ Primum est cogitacio mala que hominem tranquillitatem mentis distemperat ¶ Secundum est voluntas prava que infirmitatem peccati aggravat ¶ Tercium est opus perversum quod usque ad mortem iugulat ¶ De primo vinculo ysay(as) Lavamini mundi estote

No.

No.

an. ma. cap. tercio. Unde Gregorius: Dum incogitationem non reprimitur voluntas in mentem ducitur. Ubi dicit glossa: ¶ Si peccatum tenetur in motu sensualitatis tantum veniale est. Sola voluntas facit mortale. De quo Ysaias: ¶ Si duplicata bis tacta omnis iniquitas plage illius non est sanitas. ¶ Iniquitas dicitur duplicata bis tacta que propter eam non in corpore sed etiam in anima homo inquinatur. ¶ Item dicitur Iohannis: Ceci vident et cetera. ¶ Cum homo peccat mortaliter anima excecatur. Sed tunc mittit nuncios predicatores ut illuminentur scilicet per predicacionem. ¶ Unde Actus apostolorum nono: Excecatum eos i mittat cor. Item pedibus gressus prebetur quando per dei verbum boni actus ad penitenciam diriguntur. Unde Psalmus: Lucerna pedibus meis verbum tuum. ¶ Leprosi mundantur qui peccati lepra spiritualiter efficiuntur mundati. Unde Bernardus: Nulla lepra potest esse peior in homine leproso quam propria voluntas in corde religioso. ¶ Mortui resurgent quando peccatores a mortali peccato resurgunt et ad penitenciam redeunt. Iohannes: Qui credit in me etiam si mortuus fuerit vivet. ¶ Pauperes evangelizantur id est per evangelium ad fidem convertuntur. Unde Apostolus: Difficile est sine fide quemquam placere deo.

Dominica quarta.

Miserunt iudei ab Ierosolimis sacerdotes et levitas Iohannis primo. Hii sunt missi ad Iohannem in desertum ut interrogarent eum Tu qui es. Dolo et scientes quod Christus esset de paupere parentela et Iohannes erat de magna stirpe volebant ergo magis Iohannem eis preponi. ¶ Quidam enim putabant Iohannem esse Christum in lege promissum

Alii putabant eum esse chri-
stum propter nimiam
abstinenciam et continua-
m vitam solitariam. Et de-
lictorum malis reprehensi-
onem. Alii putabant
eum esse prophetam
aliquem suscitatum. Quibus
Johannes respondit dicens
Non sum ego cristus ¶
neque helyas neque prophe-
ta ac si diceret. plus sum
quam propheta cristum non
prophetando sed digito de-
monstrando ¶ Et cum ad
eum exissent ut bapti-
zarentur fuit et ihesus
inter eos stans ubi. Et
tunc Johannes ideo pro-
hibuit testimonium ¶
Dicebant qui missi ad
Johannem fuerant ¶ Quis
es ut responsum demus
hiis qui miserunt nos
Ait Johannes ¶ Ego sum vox
clamantis in deserto ¶
Hic tria notantur. Que
sit hec vox que clamat
Ubi clamat. Et quid cla-
met. Primum ¶ Hec vox
est Johannes que dei gratia

dicitur et significat diui-
nam inspiracionem Unde
Job iiij° ¶ Vocem quasi au-
re lenis audiui. Et bene
gracia inspiracionis dicitur
aura lenis quam dicit ¶
Augustinus Ecce vox gemi-
tum meum vox tua sup
affluencia voluptatum
Nota sicut vox cum verbo
procedit usque ad auditum
et postea perit vox verbo
permanente. Sic Johannes
dicitur vox que subito
pertransiit cristus autem
qui verbum intransitum
permanet in eternum
Sequitur Ubi clamat ¶
Quia vox in deserto scilicet
Judee Desertum Judea
dicitur desertum quia
a creatoris sui laude fuit
deserta. Unde ait Reli-
quetur vobis domus vestra
deserta ubi habitatoris
dei est carencia ¶ Item
Subditur quid clamet
Quia vox dirigite viam domi-
ni Via domini qua imus
ad celum est triplex ¶
scilicet fidem. caritatem

HS / A 201 - #6v

et spem. Fides est via. Unde ad hebre xi. Credere oportet accedentem ad deum. Unde ad Cor v°. Per fidem enim ambulamus supple ad dominum. Item caritas est via xpi. ad ephe v° Ambulate in dilectione sicut et xpistus dilexit nos ¶ Item spes est via. Unde ad ephe vii°. Introductio melioris spei per quam appropinquamus ad deum. Habet triplicem viam debemus dirigere scilicet ¶ Primo tamquam ad primam lucem hoc est ad deum ut ab eo illuminemur. Unde ps. Accedite ad deum et illuminamini ¶ Ad trinitatem dirigamus tamquam ad delectabile servicium ut ab eo refocillemur. Unde mt. Venite ad me omnes qui laboratis et one. Dirigamus tamquam ad tronum gracie ut ab eo adiuvemur. Unde ad hebre xi°. Accedamus cum fiducia ad tronum eius ¶ Item de triplici via per quam deus venit ad nos scilicet per viam puritatis ¶ Unde ps. Deus meus impollutum via eius. Item per viam veritatis. Unde Joh. Si quis diligit me sermonem meum servabit ¶ Item per viam equitatis. Ezechielis xviii°. Nunquid via mea non equa dicit dominus.

In nativitate xpi.

Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis ¶ Hec sunt verba ysaye ix quibus duo notanda sunt nobis scilicet exemplum humilitatis cum dicit ¶ Parvulus natus est nobis et donum karitatis cum subdit. Et filius datus est nobis ¶ Sed mirum non est quod parvulus nascitur. Si quidem omnes et etate et antiquitate parvuli prodimus in lucem ¶ Mirum tamen et stupore plenum quod immensus et ab eterno genitus dignatus est parvulus fieri et temporaliter nasci. Ipse enim dicit in Jere. xxiii° Celum et terram ego adimpleo

Reclinatur hodie in breui presepio nec alius locus in diuersorio. ¶ Sed quare immensus paruulus et eternus fieri voluit temporalis. Ad hoc quinque cause possunt assignari. ¶ Prima est propter nimiam suam pietatem. videns enim fragilitatem et stulticiam hominis que neque pudor deiectionis nec dolor mortalitatis afflicte nec timor desiderate antate reuocabat a culpa. sola motus misericordia descendit ut liberaret eum. Unde ad Tytum iii° Non ex operibus iusticie que fecimus nos. Sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Hinc et ecclesia cantat. ¶ Que te vicit clemencia ut ferres nostra crimina. ¶ Secunda est propter instructionem nostram ut exemplo et verbo ad bene viuendum et ad diligendum homines informaret. ¶ Amplius enim magis debetur amanti quedam vicissitudo amoris. Et ob hoc dicitur in symbolo. Et homo factus est propter nos. ¶ Tercia est propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc secundum necessitatem ut educeret eos de tenebris et umbra mortis. Unde psalmista Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. ¶ Inops est qui opere et auxilio caret. Pauper vero qui parum habet in pecunia. ¶ Inopes vero erant patres quia non fuit qui auxilium ferret. ¶ Pauperes quia se non poterant suis meritis liberare. ¶ Quarta est propter angelicam reparationem. Unde dicit apostolus ad Ephesios i Instaurari omnia in Cristo que in celis et que in terra sunt. quia per Cristum redemptum est genus humanum de quo ruina angelica reparatur. ¶ Quinta est propter demonium expugnacionem. Unde Col ii° Expolians principatus et potestates tradunt confidenter a longe ab ecclesia exterminant ne fidelibus nocere valeant. sicut etiam et ob hoc dicit propheta Parvulus natus est nobis id est ad nostram salutem et ad nostram informacionem ¶ Studeamus ergo immitari parvulum hunc qui natus est nobis ut ipse nos diligenter ad visionis sue gaudia introducat

In circumcisione domini

Post quam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer. Duo notantur in circumcisione circa puerum Ihesu. humilitas. et sublimitas ¶ Primum in circumcisione ¶ secundum in nominis imposicione ¶ Noto ergo circa primum tria ¶ secundum triplicem causam propter quam voluit circumcidi filius dei. Fuit enim triplex causa generalis circumcisionis eius scilicet caritas. humilitas. et veritas. ¶ Ex caritate servivit nobis. extitit enim corpus effundere sanguinem suum partem totalis sanguinis effundendi in cruce. in pretium nostre redempcionis. quia fecit caritas. quia maiorem hac dilectione nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis ¶ Bone ihesu o bone puer et parvule Ihesu rex virginis flore natus cepisti pro me incomoda sustinere et egestatem multorum annorum nullam incompaciendo et unico rependo. Adeo memores esse debemus hodie istius parvuli cum laude cuius sumus carnali initio reparati ¶ Ex humilitate autem fecit iudeis subdens se legi qui erat super legem unde Matthei v°. Non veni solvere legem sed adimplere In hoc ipse relinquens nobis humilitatis exemplum unde Matthei xi°. Discite a me quia mitis sum et humilis corde Ex veritate confundit hereticos qui dicunt cristum non assumpsisse verum corpus. Sed volens declarare suam effundere sanguinem quod non fieret si non habuisset corpus complexionatum secundum carnales qualitates. In prima epistola Iohannis v°: Tres sunt qui dant testimonium in terra, i. in se secundum humanitatem: spiritus, aqua et sanguis. De hiis tribus dicit apostolus ad Gal. iiii°: Factum ex muliere, in quo notatur veritas carnis; factum sub lege, in quo humilitas; ut eos qui sub lege erant redimeret, in quo karitas. Item erat secundum tria secundum triplicem rationem impositionis nominis Ihesu. Vocatus est enim Ihesus ratione nature, ratione potentie, ratione efficacie. Ratione nature quia debuit. Consequens enim erat ut qui divinam naturam erat salvatorem a humana natura vendicaret sibi nomen salvatoris. Unde Luc. ii°: merito puero qui circumciditur nomen Ihesus imponitur, quod sonat salvator, quia statim post circumcisionem nostram incepit operari salutem, sanguinem immaculatum fundens. Item potentie quia docuit. Potens enim erat ut qui salvare veniret haberet nomen salvatoris. Item efficacie quia meruit. In passione enim sua meruit nostram salutem. De quo ad Phil. ii°: propter quod deus illum exaltavit. Et propter hoc dicitur de eo Apoc. xix°: Habet in vestimento et in femore suo, i. in humana natura, scriptum rex regum et dominus dominantium etc.

Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur. Luc. ii°. Puer Ihesus positus est in ruinam demonum. In resur-

rectione hominum. et iuven
cois signum ¶ In celo ruina
fuit demonum ¶ In diuini
tate matris inasumpta
sublimitate ¶ In inferno
intimine sue virtute ¶
Demon per superbiam de ce
lo seductus factus est de
angelo dyabolus. Dixit
enim ponam sedem
meam ad aquilonem
¶ Superbia cuiusque natione
celestis est. et ideo semp
nititur in altum ut gra
uius cadat ¶ Superbia
de celo angelum deiecit
de paradiso hominem eie
cit ¶ Inter discipulos
dissensionem fecit et in
hoc seculo plurimos in
fecit Unde bernardus sit in
sede maiestatis et in loco
voluptatis. Et in conuen
tu unitatis eius non
defuit quanto magis in loco
horroris et vaste solitu
dinis ¶ Ruina demo
num est figurata in statua
Nabuchodonosor. ut le
gitur in daniele ii° dy
abolus propter sapienciam qua

gustauerat in celo ha
buit caput aureum pectus
et brachia de argento.
Priorem. et eloquentiam
et erat ereus pro durabili
tatem ¶ ferreus pro fortitu
dine. fictilis pro casu et
naturam ¶ Abscisus lapis
sine excisus demone a
de eminencia dignitatis
¶ matris sine manibus id est
labore humano. Percussit
eum in pedibus quia pedes
erant partim ferrei et
partim terrei et ipse
nolebat fictile coniungere
ferro ¶ quando creaturam
voluit equari creatori et
ideo est comminutus ¶ Iste
postea ihesus in resurrecti
onem hominum Ante ipsius
enim adventum tota ma
la fuerit ¶ Sunt enim
homines credebant quando
volebant adorabant ¶ Mundus
homines fallebat quia glo
riam promittebat et
miseriam persoluebat ¶
Infernus post mortem re
cipiebat et in penis demer
gebat ¶ Contra hec tempora

mala
ꝯma.

malum ¶ Triplex bonum
fuit necessarium scilicet
fides veritas. Veritas pu-
ritas et vita eterna ¶ Ista
hic puer nobis attulit
quando veniens ad hunc
mundum ¶ Ait Ego sum
via. veritas. et vita. Via
ne aberremus. Veritas
ne desperemus. Vita ne
pereamus. Et ita homines
verum deum agnoscentes
credere ceperunt et in
fide surrexerunt ¶ Item
positus est hic in Inuen-
cionis signum sicut po-
nitur signum alicuius ubi
accipitur hospicium et
invenitur ¶ Vita signa
dedit angelus pastoribus
per que dominum possent
invenire ¶ Puritatem.
¶ Paupertate ¶ humilitate.
¶ Puritas intelligitur
per infantem ¶ Unde Petrus
nº Qui peccatum non fe-
cit etc. ¶ Paupertas per
pannorum involucionem

ibi Invenietis infantem
pannis involutum ¶ Humi-
litas per presepis reclina-
cionem. ibi ¶ Positum in pre-
sepio ¶ Unde Bernardus O homo
quid sollicitus es de rega-
li solio cum deus tuus
iacet in presepio. Et non
fuit ei alter locus in diver-
sorio quid cogitas de vesti-
mento ¶ Iste rex tuus
indutus est vili panniculo
¶ Quid laboras de alienum
collegio salvator tuus
contentus est in bove et asino
quid anxiaris de dominio
rex glorie obedivit paren-
tum imperio ¶

Tribus miraculis or- Epyphya
natum diem festum
colimus ¶ Ista est dicta
sancte ecclesie studentis de
Christi apparicione ¶ Hodie
stella magos duxit ad pre-
sepium ¶ Per hanc stellam
signatur divine gratie
illustracio Unde Dominus

p̄ Jo Apoc Ego stella matutina supple peccatoribus splendida. Per magos signantur mundi sapientes De quibus Apostolus Sapientia huius mundi stulticia est apud deum ¶ Per orientem signatur mundi vanitas Unde Ecclesiastes Vanitas vanitatum et omnia vanitas ¶ Per Jerosolimam que dicitur pacifica signatur status noue vite peccatoris scilicet in penitencia ¶ Unde Hugo ¶ Penitenciam agere est exterius pro peccatis condigne satisfacere Sicut ergo stella magos ab oriente traxit ¶ Jerosolimam sic divina gracia mundi sapientes id est peccatores de mundi vanitate trahit ad penitenciam ¶ Item eodem die anno revoluto scilicet post baptismum ad nupcias convertit aquam in vinum id est gaudium leticie spiritualis ¶

Est autem triplex vinum peccatori necessarium scilicet vinum compunctionis vinum ferventis amoris vinum intellectus doctoris De primo Potasti nos vino compunctionis De 2° ysay Emite absque ulla commutacione vinum et lac ¶ Tercium est vinum novum quod est in utres novos fundendum ¶ Item spacio triginta annorum post stelle ¶ Apparicione baptizatus est dominus In iordane ubi vox patris testimonium roborandum datum filii presencia ibi erat ad baptizandum Dedit et fuit cristo testimonium in passione quando clamans emisit spiritum ¶ In baptismo apertum est celum ut baptizatus aperiretur Janua paradisi ¶ Adest eciam spiritus sanctus columbe visus est

Ut ostenderet baptizatus in baptismo accipere spiritum sanctum ¶ Sexta est ratio quod adhuc hodie spiritus sanctus descendit que sunt proprietates columbe ¶ Quarum prima est quod columba felle caret in quo commendatur ~~modestia que est oris custodia~~ mansuetudo que communem amaritudinem repellit a corde et seruat cor in sua dignitate. Unde Gregorius mansuetudo ymaginem dei in nobis seruat. quam ira dissipat ¶ Secunda est quod non ledit ore in quo commendatur modestia que est oris custodia que omne verbum ociosum intrare vel exire non sinit Unde ad Ephe. iiij°. Omne malum verbum de ore vestro non procedat ¶ Tertia est quod non ledit ungue in quo commendatur innocentia que custodit mentem a nocumento Unde ps. ¶ Custodi innocenciam et vide equitatem ¶ Quarta est quod puro grano vescitur in quo commendatur parsymonia Unde Ecc. Utere ut homo frugi hiis que tibi apponuntur ¶ Quinta est quod pullos nutrit alienos quasi suos in quo commendatur karitas. que alienum bonum diligit ut suum ¶ Unde in leuitico diliges proximum tuum sicut te ¶ Sexta est quod gemitum habet pro cantu in quo commendatur luctus tam peccatis propriis quam pro alienis et pecc qui hoc mutatur in gaudium Mt. Beati qui lugent ¶ Septima est que residet super fluenta in quo commendatur studium vel meditatio scripture. Cant. v°. Oculi tui sicut columbe super riuos aquarum ¶ Octava est que gregatim volat inquit commendatur concordia Eccl. xxv° ¶ In tribus bene placitum est spiritui meo que probata sunt coram christo deo et hominibus scilicet concordia fratrum amor proximorum fidelis dilectio inter coniuges ¶ Nona cautela est quod in petra nidificat mistice commendatur divine passionis memoria Unde Iere. ¶ Estote ut columba nidificans in summo ore foraminis ¶ Decima est quod cito volat mistice commendatur contemplacio eternorum Unde ps. Quis dabit michi pennas sicut columbe ¶

Cum factus esset Ihesus annorum xii. Lucas ii° In hoc ewangelio in quo describuntur primicie amoris christi quantum ad litteram exemplo eius ad septem valde edificatorii ¶ Primo ad sanctorum locorum visitacionem In hoc quod ascendit cum parentibus in Ierusalem Unde in act. iii° Petrus et Iohannes ascenderunt in templum Sed heu hodie magis visitantur taberne et lupanaria quam loca sancta Unde in threnis Vie Syon lugent eo quod non est qui veniat ad sollempnitatem ¶ Secundo ad festorum observacionem in hoc quod in die festo ¶ Unde in exodo xx° Memento ut diem sabbati sanctifices Nunc magis observantur auguria et dies auguriandi quam festa Unde ad Gal. iiii° Dies observatis et annos et cetera ¶ Tercio adoracionis frequenciam in hoc quod recedentibus parentibus remansit in Ierusalem Unde Luc. ii° Non discedebat de templo et cetera ieiuniis et obsecracionibus Sed hodie magis festivis diebus intendunt homines luxuriosis et vanitatibus quam oratoribus propterea dicit ysa. i° kalendas nostras et sollempnitates vestras odivit anima mea facte sunt michi molesta. ¶ Quarto ad consanguineorum carnalium oblivionem eo quod requisitus non est inventus inter cognatos et notos. Unde deuteronomii xxxiii° Qui dixit patri suo vel matri nescio vos. Ipsi non custodierunt legem dei. ¶ Quinto ad ductrine suscepcionem in hoc quod sedes inter doctores audiebat illos et interrogabat. Unde eccl. viii° Ne despicias narratione presbiterorum sapientum. ¶ Sexto ad parentum subieccionem in hoc quod erat subditus illis. Unde exo. xx° Honora patrem tuum et matrem tuam. ¶ Septimo et ultimo ad virtutum accessionem in hoc quod proficiebat sapiencia etate et gracia. Unde ps. Ascensiones in corde suo disposuit. R' m° Et continue proficiebat etc.

Nuptie facte sunt in chana galilee

Felices nuptie in quibus adest mater ihesu. Nec enim possunt bone nuptie celebrari vel aliqua cena sine matre ihesu. Nota tres nupcias allegeritas et mirabiles quibus corporaliter interfuit mater ihesu. ¶ Prime celebrate sunt in incarnacione verbi quando verbum coniunxit sibi ecclesiam uniendo per graciam. ¶ Secunde per passionem quando coniunxit sibi ecclesiam redempcionis. ¶ Tercie in spiritus sancti emissione quando coniunxit sibi ecclesiam per graciam confirmacionis. Et hee omnes facte sunt in cana galilee ¶ In zelo caritatis mirabiliter faciente xpo mirabiliter transmigrante ¶ Inprimis transmigravit a forma dei usque ad formam servi ¶ In secundis transmigravit per obedienciam ad condempnacionem pylati usque ad patibulum crucis ¶ In tercijs transmigravit per fidem in apostolis a contemptu iudeorum ad obedienciam gencium ¶ De prima transmigracione ad philippenses ii° Qui cum in forma dei esset etc ¶ De secundo ibidem factus obediens etc ¶ De tercia transmigracione in actibus apostolorum xiii° Vobis oportebat primum loqui verbum dei etc ¶ In primis nupcijs interfuit mater Jhesu que celebrate sunt in thalamo uteri eius Unde ps Ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo ¶ Secundis interfuit quia stabat iuxta crucem Jhesu Unde Jo xix Stabat iuxta crucem Jhesu etc ¶ Tercijs interfuit quia erat in cenaculo cum apostolis perseverans in oracione Unde in act i. Hii omnes erant perseverantes in oracione etc ¶ In primis aqua vindicte divine super genus humanum mutata est in vinum spiritualis intelligencie tunc enim terminata est et consumata est omnis figura legis ¶ In medijs aqua debilitatis in apostolis conmutata est in vinum fortitudinis et virtutis etc Nota de vi ydrijs lapideis No

¶ Cum descendisset Jhesus de monte Mt viii° Per hunc leprosum signantur hii quos lepra mortalis peccati inficit ¶ Volentibus autem ab ea mundari tria sunt necessaria

Primum est fidei perfectio
scilicet ut deo credat omnia
esse possibilia hoc notatur
ubi dicitur Domine si vis
potes me mundare Et
si diceret Domine de potestate
te non dubito sed de
tua voluntate Et hoc di
co quod non sis immiseri
cors sed quia ego tue
gratie non sum dignus
Secundum est vera humili
atio hoc tangitur ubi
dicitur et adorabat eum
Unde psalmus custodiens par
vulos dominus humiliatus sum et li
beravit me Tertium est suffici
ens contritio que notatur
ubi dicitur veniens
Ille venire dicitur qui
peccatis dorsum vertens
et ad deum videns sufficien
ter stetit et extendens
Jesus manum ait Volo mun
dare Magna dei humi
litas et compassio nota
tur quod leprosum non tan
tum curare sed etiam tangere
voluit In lege leprosum
tangere non licuit De ex
tensione manus domini
Ysaie ix. Adhuc manus eius
extenta scilicet ad percu
tiendum impios Nota de
de septemplici tactu domini
Primo tetigit discipulos
in monte thabor in transfiguratione
et dicit Glossa
Tetigit eos ut mecum
fugerent et ut membra
eorum solidarent quod factum
est per donum sapientie Unde
Daniel x° Rursum tetigit
me quasi visio hominis
et confortavit me Tertio deus
per donum intellectus tangit
Unde Matthei xx° Duos cecos
oculos tetigit deus dicit
Glossa Tangit deus quando ra
dios sue lucis in corda
mittit et Johannis ix° Cecus
ad natatoria mittitur
intellectus per divinas scrip
turas illuminatur Quarto
tangit per donum consilii
Unde Luce vii cum dominus

tetigit auriculam malchi sanavit eum quam petrus amputaverat ¶ Gladius Petri est sapientia mundi que multis amputat aurem boni consilii sed Ihesus sanat cum ex eius consilio acquiescit ¶ Glossa dicit Auris amputata et sanata significat auditum ablatumque vetustate renovatum ¶ Item quarto tangit per spiritum fortitudinis Unde mathei viii° Invenit dominus socrum symonis febricitantem et tetigit manum eius et dimisit eam febris ¶ Manus est opus manum tangere est fortitudinem operibus dare dicit glossa Manum tangit quando carnalia deserit et synagoge aperta in spirituale visum convertit Aliter quoque que est inclinatio concupiscentie quasi febris estuat sed manu mentis tacta per continenciam refrenatur ¶ Item quinto tangit per donum sciencie Unde marci vii°. Ubi dicitur de surdo et muto misit digitos in aures eius et exspuens tetigit linguam eius Lingue vinculum populi est ignorantia glossa Tetigit linguam eius Sputum de carne dei divina sapientia que hominem solvit ignorantia et hoc per donum sapiencie Unde ysaias Ecce tetigi labia tua et emundabitur iniquitas tua ¶ Item sexto tetigit per donum pietatis sicut tetigit leprosum de quo hodie legitur Ihesus misertus eius extendit manum et tetigit eum glossa Radix omnium malorum cupiditas Unde Iezi avariciam secutus perfunditur que sacerdoti ostensa solebat mundari per oblationem similiter per elemosinam pauperi oblatam deletur austricia Luc xi° Date elemosinam et omnia m e vob ¶ Iste septimo tangit per donum timoris Luc vii accessit Ihesus et tetigit loculum Glo loculus in quo effertur mortuus scilicet feretrum signat securam desperati asciam qui mortuum efferunt ad sepeliendum immunda se desiderata sed dño conscienciam tangente timore futuri iudicii eternalium desideriorum coherceatur sequitur ¶.

Ascendente ihesu in naviculam secuti sunt eum discipuli eius

Et ecce motus magnus factus est in mari et cetera. Cum enim dñs multa magna et miranda ostendisset in terra tantum et in mare ut et sibi opera excellenciora demonstraret quasi terre marisque dominum se esse cunctis ostenderet Glo navicula sanctam designat ecclesiam cuius rector christus est Venti sunt homines mali qui se invicem tamquam venti fluctibus persecutionem faciunt et inde magna sepius oritur tempestas Danieli vii°. Legitur ergo daniel in visione vidit et ecce quattuor venti pugnabant in mari magno et quattuor bestie ascendebant de mari diverse inter se prima quasi leena et alas habebat aquile ¶ Secunda similis urso et ecce tres habebat ordines in ore in dentibus suis ¶ Tercia erat quasi pardus et quattuor habebat alas et quattuor capita ¶ Quarta erat terribilis et fortis dentes habens ferreos comedens et comminuens et reliqua pedibus conculcans ¶ Istorum

Ventorum primus est ambicio honoris hic flat ab oriente scilicet de parentum nobilitate hec est superbia que mortis dicitur primogenita Et hic est leena qui dignior est inter bestias Et significat dignitatem hic habet duas alas scilicet superbie elacionis quibus semper nititur in altum volare ut gravius cadat

¶ Secundus ventus flat a meridie hic est invidia que per ursum significatur que solet mel virtutum devorare Et dolere de bonorum prosperitate hic in parte laudat et in parte deflet Et habet tres ordines dencium id est tres modos detrahendi Aut enim manifesta mala auget aut bona diminuit aut indifferencia in mala interpretacione convertit hec sunt Cornua de quibus in apoc Et vidi de ore draconis Et de ore bestie et pseudo prophete tres spiritus inmodum ranarum

¶ Tercius ventus flat ab occidente id est accidia que ad occasum tendit cottidie Et hic est pardus varius habens quatuor capita id est nutrimenta gulam luxuriam ocium temporalium habundanciam

¶ Iste eciam quattuor alas que sunt ¶ iuventus pulcritudo sanitas instabilitas quibus quattuor alis homo per mundum volat Et quattuor semper vicijs agitatur Ideo attendens illud Ysaye dem ¶ Vermis eorum non morietur Et ignis non extinguetur

¶ Quartus ventus flat ab aquilone iracundia potencium Et crudelitatem in subditos hec est bestia comminuens omnia Et reliqua conculcans pedibus scilicet per officiatos bedellos adulatores opprimendo pauperes de quibus dicitur potentes potenter tormenta patientur. ¶ Hiis quatuor ventis agitatur navicula scilicet sancta ecclesia magna dum quis dormit quando suus angelum subtrahit. ¶ Debet autem dominus tribus modis excitari. ¶ Primo per susurrium id est per contritione per peccatorum recordationem. ¶ Secundo penitentie impositione id est per bonam operationem. ¶ Tertio per vocis exaltationem id est per devotam orationem. Surgens ergo imperavit ventis et mari et obedierunt ei. ¶ Et nota quod domino imperante mari tripliciter obedivit. ¶ Primo quia tempestate quievit sic peccator qui malitiam dimittit et pauperibus subvenit. ¶ Secundo mare obedivit quia populo Dei viam pedestrem prebuit sic peccator quando immunditiam peccatorum dimittit et bono exemplo aliis viam ostendit. ¶

Simile est regnum celorum homini qui bonum semen seminavit et cetera Mt. xiii°. In hoc ¶ evangelio notantur tria scilicet bonitas dei patientia sapientia et iustitia. Bonitas notatur in duobus. ¶ Primo in eo quod se comparat homini et nominat se hominem dicens Simile est regnum celorum homini et cetera. Et quod sit per amorem magnum quem ad hominem habet, quem vocat Damascenus phylantrophyam id est humanum amorem. ¶ Secundo in eo quod seminavit bonum semen scilicet creando totidem creaturas et producendo eas in utilitatem mundi quod est bonum semen frumenti. Unde in Genesi ¶ Vidit deus cuncta que fecerat dixit valde bona. ¶ Ubi inimicus .i. dyabolus in agro isto superseminavit zizaniam et errores et vicia. Zizania in agro sunt heretici et ceteri peccatores in mundo. Unde sequitur: Accedentes servi patrisfamilias dixerunt: domine, nonne bonum semen seminasti in agro? ¶ Unde ergo habet zizania? ¶ Respondeo: ex triplici causa, scilicet ex inimici nequicia, quia ipse solet seminare errores in intellectu et malas concupiscencias in affectu. Unde Daniel xiii°: Semen chanaan et non iuda, species decepit te. ¶ Item propter terre maliciam. Unde Gen.: Cum operatus fueris terram non dabit fructum suum. ¶ Ita dico terra cordis non dabit fructum bone operacionis seu cogitacionis vel affectionis. ¶ Item propter colonum ne

alienat. Unde apostolus xxiiii°: Per agrum pigri hominis transivi et compleverat eum et ecce. Ager iste corpus est quod generat urticas .i. luxurie motus et cogitacione carnales. Vinea est terra que cum deberet facere vinum devocionis quod letificat deum et hominem profert labruscas et spinas dissolucionis. ¶ Dicit ergo sermonis magister cordis scilicet opus iusticie bonas cogitaciones et perfectas affectiones. Ad Rom. apostolus vi°: Seminati iusticiam invenies fidelis. Ad Gal. vi° capitulo: Bonum inquit facientes simpliciter et facere cogitantes non deficiamus. Ad Eph. iii°: Bonum opus nobis innotuit sed nostrum sine divino adiutorio imperfectum erit. ¶ Tale autem bonum opus valet ad peccati solucionem, ad meriti augmentacionem et proximi edificacionem, ad vere humilitatem

Simile est regnum celorum patrifamilias

Circa ista tria sunt in hoc ewangelio notanda ¶ Primum est sollicitudo dei in educendo peccatores querentis secundum suas facultates ociosos in huius mundi foro redarguentis ¶ Secundum est sua largitas bene operantes remunerantis

¶ Primum in hoc notatur quod deus paterfamilias per dispensatorem filium suum misit operarios in vineam id est sanctam ecclesiam cultores ¶ id est doctores qui hanc vineam foderunt per predicationem putaverunt per confessionem. In mane tempus putationis advenit. Vinea primo putatur et paditur et tunc terra circa radicibus cicatur ut ita radios celi solis recipiat et indurescat ne etiam vinee inflata cogitationum consumat. In hac vinea paterfamilias ponit triplex vinum elaborat scilicet vinum contricionis vinum intellectus vinum ferventis amoris ¶ Primum exprimitur in torculari consciencie compunctus ¶ Secundum exprimitur in torculari curis ubi diiudicantur ¶ Tertium exprimitur in torculari tribulacionis quia vestimentum est purificantis ¶ Primum potant debiles ¶ Secundum bibunt sapientes ¶ Tertium sumunt fortes. De primo psalmista Potasti nos vino compunccionis ¶ De secundo ysaias Emite absque ulla commutacione vinum et lac ¶ De tertio est vinum quod dicit dominus In utres novos fundendum

Secunde de severitate dei ociosos redarguentis dicitur Quid hic statis tota die ociosi ¶ Tota die stant qui usque ad senium bene agere dissimulant ¶ Nota quod huius mundi foro tot sunt amat scilicet hominum · dei · dyaboli ¶ Ideo Augustinus Interementis et vendentis comercium difficile est non inter venire peccatum Item ysidorus huius mundi deus venale habet regnu celorum pro quinque denarius scilicet pro paupertate regnu · pro dolore gaudiu · pro labore requiem · pro ignominia gloriam · pro morte vitam ¶ Item ysidorus mundi dyabolus emit et vendit ¶ Ipse namque dyabolus monetas scilicet vanitate et voluptatem huius emit ociosos luxuriosos et gulosos unde Neemias vidi portantes acerte ¶ acuos et onerantes super asinu vinum et uvas et ficus et omne onus inferentes in die sabbati ¶ Ista sunt aus tiu delectabilia unde precipit claudi portas die sabbati quia tunc maxime dyaboli huius qui sabbatizant vendere desiderat

Item tercio notatur per largitate dei bene remunerantis laborantes unde dicit voca operarios non dicit ociosos quia dignus est operarius mercede sua dispensator scilicet dei filius operarios vocabit et hoc ordine eos ibi remunerabit quia primus et novissimus ibi Incipiens et novissimis usque ad primos ¶ primus enim vocatus est latro et tunc petrus hic est largitas dei unde Augustinus maior est pietas quam quevis iniquitas et beatus Augustinus nemo desperet novit dominus mutare sentenciam si tu noveris emendare delictum ¶

Exiit qui seminat seminare se

et ce Luc Nota pater
celestis est agricola de quo
filius pater meus agricola
est Hic primo semen
suum seminavit in celo
empyreo scilicet angelos
quod semen cecidit secus
viam quando lucifer se
altissimo se voluit as-
similare Secundum semen
seminavit in paradyso
quod cecidit supra petram
scilicet cultum quando Adam
verbis mulieris credidit
et vetitum comedit Et sic
semen exaruit quia su-
pra petram cultum scilicet
exsurgere non potuit
Tercium cecidit in terram
promissionis scilicet in
iudeos qui missi sunt
inter montes quod ce-
cidit inter spinas id est
inter gentes ideo si-
mul exorte spine suf-
focaverunt illud scilicet
iudeos qui missi sunt
inter montes Et ipsos

capti et in varias terras
divisi Quartum semen
cecidit in terram bonam
scilicet filius dei in virgine
matrem Unde psalmista Bene-
dixisti domine terram tuam
Et hoc est granum quod sur-
rexit in cruce quasi in
palea Et fecit fructum
centuplum Verbi autem
filio prope deum est
Exiit qui seminat seminare
Unde et ipse ait Exivi a
patre et veni in mundum
Venit ergo portans in
sacco sui corporis semen
suum terram nostri corpo-
ris seminans Et eciam san-
guine suo ad fecunditatem
irrigans aratrum crucis
exarat portam baiula-
vit sui corporis ferro
lancee perforans Quatuor
sunt duo scilicet ferrum et
lignum Et in cruce duo
fuerunt scilicet lignum et
clavi Item possimus
quadruplex semen nostre

¶ Est semen iusti scilicet
opus bonum Unde illud
Qui seminat in lacri-
mis etc. ¶ Est semen dy-
aboli scilicet opus pravum
¶ Unde semen impiorum
peribit ¶ Est semen boni
operis Unde ad Gal.
bonum facientes
non deficiamus et cetera ¶
¶ Est semen verbum dei ut
supra ¶ Semen est verbum
dei et hoc est quod semi-
natur in cordibus nostris
¶ Accidit autem pars secus
viam ¶ Unde autem beda
dicit est malorum cogitaci-
onum aditus . conculcata . et
arescit ne semen verbi
possit percipere vel germina-
re ¶ Ideo conculcatur et a de-
monibus tamquam avolucri-
bus rapitur ¶ Unde
autem cecidit super petram
orto sole et temptacione
aruit ¶ hoc sunt illi qui
estuant per insipienciam
qui non habent radicem

et in tempore temptacionis
recedunt ¶ Quod autem cecidit
inter spinas merito dominus
spinas appellat divicias
¶ Triplicem enim habent puncti-
onem ¶ Quia cum labore ac-
quiruntur ¶ Cum timore pos-
sidentur ¶ Cum dolore amit-
tuntur Unde augustinus
Divicias invenisti requiem
perdidisti ¶ Cum vigilans
augmentum diviciarum cogi-
tas cum dormis fures som-
pnias . in die sollicitus . in noc-
te pavidus semper mendicus
Quod autem cecidit in terram
bonam sicut dominus exponit
in evangelio ¶.

Cecus sedebat secus
et cetera ¶ Notandum quod
quilibet existens in criminali
peccato per hunc cecum
intelligitur Unde sanctus bernardus
merito proprio reputat
qui opus proprium non consi-
derat ad discuciendum teme-
super supposita inquit septum erat Ihesus nazarenus rex iudeorum quia crucifixerit regem celestem et id est dicitur rex iudeorum ¶ Secundo sonus tabule representat clamorem sanguinis ¶ Sanguis enim Christi clamabat pro nobis et contra nos ¶ Pro nobis clamat petens a patre misericordiam Hebr. xii Accessisti ad sanguinem aspersionis melius loquentem quam abel ¶ Sanguis abel petebat iusticiam ¶ Sanguis enim Christi misericordiam ¶ Clamat enim contra tria genera peccatorum scilicet contra ingratos quia nulla utilitate de sanguine Christi suscipere volunt Ps. Que utilitas in sanguine meo descendo in corruptionem Contra avaros Job xvi Terra ne operias sanguinem meum ¶ Avari enim operiunt sanguinem Christi terra i. cupiditate terrena ¶ Contra indevotos Unde sequitur neque inveniat in te locum latendi et clamor meus Latet enim sanguis Christi in eorum memoria quia nulla vim habet recordacio in eorum intelligencia quia nulla vim habet delectacio et meditacio in eorum voluntate quia nullam in te affectionem vel devocionem ¶ Tercius sonus tabule representat confusum sonum domus officine infernalis ¶ Descendente enim Christo ad inferos sonus confusus et maximus ibi exortus est ¶ Siquidem Christi claustra infernalia confringebant Ps. Quia contrivit portas ereas et vectes ferreos confregit Angeli vehementer clamabant dicens ¶ ¶ Tollite portas principes vestras etc. Sancti patres gaudebant et iubilabant et cantabant Ecce mundus exultans iubilat gemens inferni ululant decapitati quia ibi relinquebant turbabantur et flebant. Ysa. xiiij. Infernus subtus conturbatus est in occursu adventus tui. Demones qui suo domino spoliabantur gemebant et ululabant. Job xxvi. Ecce gigantes gemebant sub aquis et qui habitant cum eis. Et sic commixtus erat sonus flencium et gaudencium. Esdre iij. Non poterat quisquam agnoscere vocem clamoris letancium et vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno. ¶ Quarto sonus tabule representivus est dominice capcionis. Iudei enim venerunt ad Christum capiendum qui cum armis et gladiis et fustibus et laternis et homine enormi quem sine armis capere potuerant cum magno strepitu et fragore armorum ceperunt. ¶ Cui Christus exprobrans eos dixit Mathei xxvi. Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. ¶ Quinto sonus tabule excitat dolorem et tristiciam propter Christianitatem. Decet enim mittitur hodie excitare Christianos ad fletum. Distat enim sonus leticie qui fit tactu sicut est sonus campane et fiat sonus tristicie tabula. Distat sonus leticie que fit cum voce sicut patet in lectionibus ut benedictio dicitur nec graciarum actiones fiunt et lamentaciones cantantur. ¶ Distat sonus leticie et fiat sonus tristicie qui fit cum flatu sicut patet in cantu quia omnis cantus levis subticetur et cantus tristicie excitatur. ¶ Dictum est quod passiones aliorum sanctorum celebramus cum gaudio. Passionem autem Christi agimus cum lamento cuius prima racio. Aliqui sancti passi sunt propter se ut scilicet per eius passiones acquirant gloriam celestem et in sua passione congaudemus eis ex eo quod per passionem transitoriam mercati sunt salutem eternam. ¶ Christus autem non est passus propter se ut scilicet gloriam acciperet quam habebat scilicet propter peccata nostra delenda. Ysaie: Vulneratus est propter iniquitates nostras. Unde aliquis moreretur. Quantum ergo flere debes quia scis te fecisse propterea quod mortuus est filius dei. ¶ Hoc autem est hominem nobilem qui sciret aliquem pro se pati illum dolorem reputat suum per compassionem sicut suus fuit per occasionem sicut patet de David ii Regum xxiiii. Qui cum vidisset angelum populum cedentem dixit: ego sum qui peccavi ego eciam inique egi, isti qui sunt oves quid fecerunt. ¶ Debes igitur mortem domini tui tuam reputare per compassionem sicut tua est per occasionem. Legitur enim quod Adam centum annis fleuisset mortem Abel filii sui sciens quod merito peccati sui mortuus fuit. Si ergo fleuisset si scivisset quod filius dei pro peccato suo mori debuisset.

¶ Secunda racio est quia alii sancti amplius non paciuntur, cristus autem semel passus est pro nobis, cottidie autem patitur a nobis. ¶ Iuxta illud Hebr. vi: Rursus crucifigentes sibimet ipsis filium dei et ostentui habentes. Ps.: Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

¶ Tercia racio est quia triumphus ~~phans~~ passionis cristi transfertur ad diem resurreccionis eius. Unde tunc fit memoria passionis et crucis et processio cum cruce

Triumpho autem passionis sanctorum differri non potuit usque ad resurrectionem ipsorum quia nimis differenter. Et ideo ipsa die cum gaudio celebratur. ¶ Tercia est quia celestia amantissimum suum hodie plangit quia sine omni culpa sua tot et tanta passus est. ¶ Quarta racio est quia hodie fleuit terra quando scilicet mota est detestans iudeorum maliciam et indicans suam tristiciam. Hodie fleuit sol quando obscuratus est quasi abiciens a se vestem luminosam et induens nigram in signum tristicie et meroris. Apocalipsis vi°: Sol factus est tanquam saccus cilicinus. ¶ Hodie fleuerunt sancte mulieres. Unde Christus dixit eis Luce xxiii: Filie Iherusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete. Alii enim ancille imitabantur gementes et columbe murmurantes in foraminibus suis. Hodie fleuerunt apostoli. Marci ultimo: Illa vadens scilicet maria magdalena nunciauit illis qui cum eo erant lugentes et flentes. Unde cantatur: Apostoli erant tristes de nece sui domini. Fleuit specialiter et petrus. Matthei xxvi: Egressus foris fleuit amare. Hec beata fleuit virgo mater mea et dicebat lacrimis: ¶ Heu michi fili mi. Morte enim filii grauiorem reputabat suam propriam. Fleuit Christus. Hebreorum v: ¶ Cum clamore valido et lacrimas offerens exauditus est pro sua reuerencia. Matthei xxvi: Tristis est anima mea usque ad mortem. ¶ Christus enim dolebat propter corporis passionem, dolebat propter fructus consideracionem.

Christi scilicet considerabat quod illa die qua tanta passio est solummodo vi lucratus est. ¶ Dolebat Christus compassione quam habebat de dolore matris et de dispersione et fidelitate apostolorum de periculis et scandalis mundi immo aliquibus magnitudinis quod Christus maiore dolore senserit ex compassione quam ex propria passione, tum propter magnitudinem karitatis, tum propter periculorum que cottidie videbat in mundo. Fleverunt angeli iuxta modum suum. Ysaias xxxiii: Angeli amare flebunt. ¶ Si enim possibile fuisset deus pater flevisset quando videret filium suum carissimum ut latronem inhonorifice tractari. ¶ Quis igitur in hac die gaudere deberet in qua tot et tales flevisse leguntur. ¶ Unum

officium quod hodie dicitur quod quidam ab officio aliquorum dierum multum dicatur. Hore enim non habent principium neque finem neque inchoantur: Deus in adiutorium meum intende, nec terminantur: Benedicamus domino. Aliud est quod gloria patri subicitur. ¶ Quartum est quia benedictiones in lectionibus non dantur. Causa est quia [illegible] magna iniuria patri cuius filius occisus est, maior iniuria in filio quia fuit sic illusus et crucifixus, maxima est iniuria spiritui sancto quia occisus est ille qui de spiritu sancto conceptus erat. ¶ Causa tercia est quia recessit a nobis verus sacerdos cuius erat benedictiones dare. ¶ Quintum est quia missa hodierna est dissimilis ab aliis quia non habet principium nec medium nec finem. Non habet introitum quia Christus a nobis exiuit. Et ille qui erat caput et principium nostrum hodie a nobis ablatus sunt nec futurus benedicemus domino quia ille qui est in magna tribulatione non indiget benedictione sed post compassionem ri. sit medium quia non offertur sacrificium ex eo quod hostia hodie non consecratur. ¶ Cuius vna racio est quia hodie ablata est vera hostia sine velamento. Et illud non decet offerri aliqua hostia sub sacramento. ¶ Alia racio quia corpus cristi quod hodie flagellis sputis et irrisionibus fuit affectum non tibi cum missarum solempnitatibus consecrandum. ¶ Tercia racio est quia hodie summus sacerdos a nobis recessit qui illam hostiam consecrare consueuit. Et si obicitur quod propter istam tantum non debeat in sabbato sancto hostia consecrari. Dicendum est quod missa illa spectat ad noctem in qua xpc resurrexit a mortuis sicut patet in oracione eiusdem misse. Et quia hostia non consecratur ideo non missa sed officium seu ministerium nominatur. ¶ Sextum est quod cant cante vbi duo sacerdotes crucem tenentes in persona xpi faciunt tres questiones. ¶ Dyacones autem dicunt excusaciones. Et faciunt genuflecciones in latino. In prima questione xpc petit talia beneficia que iudeis contulit. Vnde quia populum fecit. Et quia eis speciosissima omnia fecit. Et ipsi eum aceto potauerunt. ¶ Secundo quia in nullo eos contristauit. ¶ Tercio quia eos de seruitute egypti liberauit. Et ideo grece ut sibi respondeat grē sum saluatorem qui talia

beneficia concessit mente
posuerunt ¶ Lingwa autem
ebrayca tamen non respon-
det licet questiones fecit
illas ad hebreos quia lin-
gwa ebrayca tamen et si-
let ex eo quod xpistum non con-
fitetur nec recognoscit
Ostendet ergo lingwa la-
tina et greca quod iste
due lingwe xpm recog-
noscunt et adorant
Quas tamen respondet
lingwa greca ¶ Ayos otheos
No. ¶ Ayos yschiros ¶ Ayos atha-
nathos eleyson ymas
Subiungat lingwa latina
dicens ¶ Sanctus deus
sanctus fortis sanctus et immortalis
miserere nobis ¶ Ac si diceret
iste due lingwe sunt vere
Domine non debeant te vi-
deri crucifigere sed adorare
et honorare quia tu es
sanctus deus debent te timere
quia tu es fortissimus
sanctus debent te amare
quia tu sis immortalis te

cum nobis similem et mor-
talem ¶ Nos autem petimus
ut nostri miserearis ¶ In
sexta questione similiter
xpc potuit et beneficia
Unde quia et annis in de-
serto eos conservavit Se-
No. cundum quia manna celesti
eos pavit ¶ Tercium quia
eos in optima terra intro-
duxit et tamen salvatorem
cruce peccauerunt ¶ Dicit
autem et non unde lingwa
hebrayca ¶ quia xpm non
confitetur ¶ Unde lingwa
greca et latina sicut prius
¶ Ante hoc similiter pon-
ita beneficia quia omnia
que populus ille voluit
ei fecit quia consulit vi-
neam illos plantavit ¶
tercio quia speciosissimam
vineam eos fecit et contra
dicit fecit que voluerit
Nam quia eos convenienta
sua plantavit felle et
aceto cum potaverunt et
diversis arboribus et plantis

eos ordinando ¶ Sexto lancea perforaverunt cum. Tacet lingwa hebrica, respondet greca et latina sicut prius. Non solum autem dyaconi et chorus excusant, sed etiam in qualibet excusatione ter genua flectunt, tibi scilicet honorantes tibi illusos prepositiones ¶ Fuit enim illusus ¶ in domo Anne ¶ in domo Herodis ¶ et in domo Pylati ¶ Septimum quia crucem nitram totaliter nos prosternimus, ut ei nunc representemus quia ipse se propter nos prostravit usque ad terre susceptionem. Phyl. Enim exinanivit semet ipsum formam servi accipiens usque ad terre habitationem. Baruch: Post hec in terris visus est et cum hominibus conversatus est usque ad terre corporis penetrationem ¶ Post hec in terris visus est et cum hominibus conversatus est usque ad terre corruptionem. Jeremias: Vir fortis impegit in forte et ambo pariter corruerunt, penetrationem. Ecc. xxiiij: Penetrabo inferiores partes terre et inspiciam omnes dormientes et illuminabo omnes sperantes in domino ¶ Octavum est quia hodie osculamur. Notandum autem quod osculum est aliquando signum amoris, ut quando mater filium vel se invicem osculantur. Unde dicebat apostolus ¶ Salutate invicem osculo sancto ¶ Unde dicitur de Yonatha et dicendum: Osculantes alterutrum fleverunt pariter ¶ Illud est signum reconciliationis, scilicet quando inimici ad concordiam venientes se invicem osculantur. Unde cum David sibi reconciliasset filium suum Absalon, dicitur de eo Reg. xiiij: Osculatus est rex Absalon induto partes asu

A.

mo usque decursum. Racio
est quia in principio cum pater
sibi filium prodigum reconciliasset
dicitur de eo Luce
xv°: Accidit super collum
eius et osculatus est eum. ¶ Ali-
quando est signum devocionis
et reverencie sicut quando
inferiores osculantur pe-
des vel manus episcoporum
vel aliorum superiorum.
Unde Elyseus post Helyam
clamabat dicens iii Regum xix:
Osculor ore patrem meum
et matrem meam et sequar te. ¶
¶ Aliquando est signum prodicionis.
Unde dicitur ii Regum xx: Ioab
tenuit manu dextera
mentum Amasse quasi oscu-
laturus eum dicens: ¶ Salve
mi frater, et percussit eum
in latere et mortuus est.
Secundum quod magister signat ma-
iores crediderunt Christum fu-
isse osculate scilicet virgo
beata que osculata est
Christum in signum amoris.
Unde forte sepe dixit ei

De osculo

Gen. xxvii: Da mihi osculum
fili mi. ¶ Symeon qui ac-
cipiens Christum in ulnas
suas osculatus est in signum
devocionis. ¶ Maria Mag-
dalena que osculata est eum
in signum reconsiliacionis
et Iudas qui osculatus
est eum in signum prodi-
cionis. ¶ Luce xxii: Iuda
osculo filium hominis tradis.
Unusquisque igitur Christum os-
culabitur videat qualiter
eum osculetur. ¶ Illi enim
qui amore Dei et proxi-
mi osculentur cum Maria
quia ipsorum osculum est sig-
num amoris. ¶ Illi qui de
Christi passione multa de-
vocione afficiuntur osculantur
cum Symone quia ipsorum
osculum est signum devocio-
nis. ¶ Illi qui fuerunt in-
imici Dei propter peccatum
et in ista quadragesima sunt
Deo reconciliati per peniten-
ciam et hodie Christum osculan-
tur illi magis osculantur

xpm cu maria magdalena in signum 9 sce reconciliacionis ¶ Illi igitur qui xpm crucifixum osculantur cum pietate et imensa cristi opulant corpus dnicum introducentes et post pasca ad pccm redeunt et exemplum de corde suo expellunt et inimicum eius 9 dyabolum introducunt illi iniquitati se pditores xpi et cum iuda deum osculantur

Notorium est quod hodie cruces et ymagines discooperiuntur que quidem in xl fuerunt velate cuius racio est ponit quia in veteri testamento omnia erant velata ut legitur velamen positum sup cor eorum in xpi aute passione et resurreccione omnia velamina sunt ablata et misteria revelata ¶ unde dicitur mt xxvij velum templi scissum est in duas ptes a summo usque deorsum racio ista quia in presenti vita videmus deum qui velamen et speculum fidei est ¶ In beata aute resurreccione sine aliquo velamine et a parte psat corporalia videmus nunc in enigmate per speculum tunc aute facie ad faciem ¶ Tercia racio est quia xpm incarnacione absconderat et velaverat sua potenciam sapienciam et iusticiam ¶ In sua aute passione et resurreccione manifestavit suam potenciam et xpm dyabolum potenter debellavit suam sapienciam quia xpm sapienter decepit suam iusticiam quia iste sibi divinum abstulit quod iuste in servum suum vendicaverat ¶ Quarta racio est quia sacra et amabilia quanto ad tempus subtrahuntur et absconduntur inflammant desiderium quando vero revelantur generant gaudium abscondit igitur dilectum a nobis nostri ad tempus ut a nobis amplius desideretur ut in eius visione animus delectetur ¶ Octavo igitur tempus pascale est tempus gaudii quando omnia tormenta revelant gaudium et studio tumulant ¶ Quinta racio est quia crux Christi penitencia cooperiuntur igitur cruces in xpo ad inveniendum quod penitencia nostra altitudine humanitatis est abscondita ¶ Discooperiuntur in parasceve ad inveniendum quod penitenciam quam hodie xpc fecit pro nobis in cruce debet toti mundo esse nota et manifesta ¶ Decimum est quod hodie celestia pro omnibus orat cuius racio est quia xpc fuit hodie valde pius et pacientissimo quando dixit Luce xxiii ¶ Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt fuit enim valde liberalis in largiendo

quia Latroni non tantum pepercit sed eciam regnum celesti largitus fuit Fuit enim valde largus in redemcione quia non guttam sed totum sanguinem suum pro nostra redempcione dedit Psalmus Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redempcio ¶ Fuit enim valde virtuosus in diligendo quia per foramen lateris potest cognosci amor cordis ¶ Abstulit xpc a peccatore omnem occasionem diffidencie et timoris ne peccator forte diceret de peccatoribus se vindictam et pacem recusare facere et ideo capud reclinans osculum porrigit ne iterum diceret si pacem velit facere cicius terminare nam et odium servant interius et ideo cor suum reseruavit et amorem ostendit quia igitur xpc liberalis largus et virtuosus ideo celestia pro peccatoribus

eum hodie est valde pia
nos ostendendo valde mo-
ralis in orando valde lar-
ga in largiendo iusticio-
sa in diligendo ¶ Unde
annum quia fideles hodie
omnes ecclesias et altaria sancto-
rum visitare solent ¶ Cuius
prima racio est quia Christus
hodie omnes sanctos qui fuerunt
a principio mundi usque nunc
personaliter visitavit dum
ad eos in lymbum descen-
dit Luc. Visitavit nos
oriens ex alto ¶ Erant
enim sancti patres in quadam
insula valde remota ¶
Christus autem tamquam nauta ceteris
ad eos venit et ipsos ad
portum salutis deduxit
eos in pratum voluptatis eorum
¶ Secunda racio est quia sancti
sunt hodie valde liberales
et ideo sunt hodie visitandi
Si enim aliquis de carcere
educeretur et imperium sub-
limaretur illa die semper
diligeret et in illa die semper

liberalis esset ¶ Dicunt igitur
sancti in ista die populum libe-
ralis cumque de carcere lymbi
fuerunt educti et in celeste
imperium sublimati ¶ Tercia
racio est quia talis visitaci-
o sequitur visitacionem disci-
pulorum et sanctarum mulierum
que sepulcrum domini visita-
bant ¶ Quodecimum no[ta]
quia hodie mag~~ni~~is solito strictum
~~cum~~ ieiunium observatur
Cuius prima racio est ut
Christum imitemur quia Christus
ieiunium hodie fecit quia
usque ad nonam hodie nichil
comedit nec bibit et tunc
amarus cibus et potus fuit
sibi oblatus Unde ps.
Dederunt in escam meam
fel et in siti mea pota-
verunt me aceto ¶ Secunda
racio est ut Christo compa-
ciamur qui in tot t blan-
dicionibus et afflictionibus est
hodie constitutus Ipse enim
docet ut servus sit indutus
quando deus est attonitus et afflic-

combus et tormentis Aug(ustinus). ¶ Quid pellis morticina quam ostendis ¶ Quid insanies sceti est qui inflatus princeps tuus humilis et tu superbus caput humile et membrum superbum sub spinoso capite non decet membrum fieri delicatum. ¶ Tercia racio est ut Christo conformemur ut sicut Christus crucifixus est in carne propter nos sic et nos crucifigamur et maceremur in carne nostra. Et taliter se apostolus conformabat Christo crucifixo dicens ad Gal. ii. Christo confixus sum cruci. Et eiusdem v. qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum concupiscenciis et viciis. ¶ Quartadecimum est quod iudei non audent hodie in publicum procedere sed debent postes et fenestras claudere. ¶ Cuius racio est primo ne ipsi Christianis afflictis et mentibus illudent vel insultent.

¶ Secunda racio est quia non fas ut homicida a publicum procedat quando eius homicidium est notorium et manifestum. Hodie homicidium iudeorum toti mundo manifestatur et non esset fas ut ipsi se publice manifestarent. ¶ Tercia racio est ut ipsis iudeis caveatur. Aliquis enim christianus demente domini sui afflicti posset in eos assurgere quasi volentes mortem domini sui vindicare. ¶ Deus autem non vult ut iudei occidantur sed ut dispergantur iuxta illud psalmus: Deus ostendit super inimicos meos ne occidas eos ne quando obliviscantur populi mei ¶ disperge illos in virtute tua. Causa enim est. Licet persequantur heretici tamen non iudei. Quarta racio est quia non est de foro ecclesie et ideo non vult de eis iudicare. Illud enim in de hiis

no.

qui foris sunt iudicabit. heretici autem sacramentum baptismi in ecclesia receperunt et ideo extra ecclesiam sunt. ¶ Secunda racio est quia omnes iudei in fine mundi debent converti ad fidem et tunc erunt valde famelici et audire avidi verbum dei. Unde postquam propheta dixit disperge illos in virtute tua subiungitur dicens ¶ convertentur ad vesperam id est in fine mundi debent converti et nescitur in quo tempore vel in qua generacione mundus finiatur. ideo provisum est ne deleantur vel occidantur. ¶ Tercia racio quia secundum Augustinum sunt archarii nostri quia ab ipsis habuimus libros prophetarum et veteris testamenti ¶ Unde si de medio tollerentur dubitaremus utrum aliqua esset talis gens que sic fecisset vocata et a qua huius libri dictati fuissent. ¶ Quarta racio est quia sunt memoriale dominice passionis. multa enim memorialia habet passionis dominice ecclesie hodie volunt. Unum est representacio passionis que hodie fit et hoc memoriale habet fieri semel in anno. ¶ Secundum est penitencia sive ieiunium sexte ferie et hoc ieiunium habet fieri semel singulis septimanis. ¶ Tercium est sacrificium hostie immolate et hoc memoriale habet fieri singulis diebus. ¶ Quartum est ymago crucis quam videre possumus singulis diebus et singulis annis. Quintum est quocienscumque videmus ipsos iudeos tociens passionis dominice recordamur. ideo dictum est per prophetam ne occidas eos ne quando obliviscantur populi mei

Explicit sermo.
Andree paterne ¶ ¶

Sermo in die parasceue

Respice in faciem Christi tui. Consuetudo est quando pauperes et mendici esurientes et nudi debiles infirmi iuxta viam membris maxime infirmitatis deformata et lesa publice eiulantes ostendunt ut transeuntes eos inspiciant et misericordia compaciendo succurrant. Sic et amicus noster fidelissimus Marie virginis filius hodie ascendit iuxta viam in cruce eleuatus pauper et nudus non habens ubi caput suum reclinaret ostendens nobis manus perforatas aures iunctas pedes vulneratos oculos lacrimis rubricatos latus lancea perforatum cum os flebile et lacerato amaricatum caput spinis cruentatum vultum pallidum et nigrum tamquam leprosum sputis iudeorum coinquinatum extensis pedibus expansis manibus totis viribus verbis blandioribus nobis supplicat ut si aliquis sit qui hodie eum intueatur et eius immensis doloribus compatiatur. Tren. i. O vos omnes qui transitis per viam et cetera. O amantissime puer ut quid ad nos caput tuum tam dulciter inclinas ut qui tot pro nobis effudisti lacrimas ut quid tot lacrimabilibus vocibus nos hodie ad te vocas. Certe quia omnes te pertransiunt omnem dolorem tuum contempnunt et ad peius omnes declinaverunt inutiles facti sunt non est qui faciat et cetera. Sed completur in te hodie quod dixit quidam sapiens: Cum pauper moritur vix unus adesse videtur. Ergo debemus hodie in eum respicere tamquam infirmum ad medicum sanantem | ergo filii in patre amantem |

tamquam hospites insistunt ministrante / et tamquam discipuli in magistrum informante / ¶ Tercio primum secundum quod debemus respicere instantie Christi tamquam infirmi ad medicum et non qui medico tria commendantur videlicet laboris eius fidelitas eius medicamenti preciositas eius remuneracionis equitas ¶ Primo quod esset valde fidelis medicus qui antequam te mori permitteret et ut te ab infirmitate sanaret partem de suo corpore abscideret et tamen daret / at pot pedica de pedibus digitum de manibus ¶ Iste enim medicus tuus matris filius non dedit tibi hodie pedica de pedibus sed ambos pedes non digitum de manibus sed ambas manus non partem de corpore sed totum corpus ut te a morte eterna sanaret Unde dicit beatus Augustinus magnus venit medicus quia magnus ubique iacebat egrotus ¶ Iste commendatur medicus a remuneracionis equitate Ubi autem umquam medicus adeo constanter recepit tam modica munera sicut medicus noster qui pro nobis hodie crucifixus est / numquam poteris ei dare tam modicam oracionem tam genuflexionem tam modicam abstinentiam tam modicam de tuis pro eius laboribus elemosinam quam constanter recipiat et in futuro centuplum restituat / Et dicit Matthei Centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis ¶ Iste commendatur medicus in medicamenti preciositate Ubi autem umquam fuit expensum adeo preciosum medicamentum [illegible] sicut sanguis preciosus quem pro te effudit hodie matris filius de latere suo in cruce de quo una gutta preciosior tota

-1o

(2m

mundi opibus argento non
opibus mundi redempta sed
precioso sanguine agni in
maculati No circa secun
dum nondum quod hodie de
bemus respicere iusticiam
christi tui oculis cordis
nostri tamquam filii in suum
patrem fidelissimum desq
cit pus nunquam non opere
pater tuus qui possedit
et fecit et creavit te No
No valde enim esset in
fidelis filius vel filia ut
puer ille qui propter
cuius culpam pater eius
miserabiliter occisus adsce
pulcz deportaret et vni
ca mater eius ab omnibus
amicis eius delicta pect
tendendo capillos evelle 1°
do manus torquendo
amarissime plorando sola
sequitur Si puer non sur 2°
rexerit et ad mortuum pa
trem accederet usque ad e
desistit imitando matrem
consolaretur et patris mors 3°

vulnera lamentaretur
Iste pater tuus fidelissimus
unigenitus dei filius qui
nunquam aliquid malefecerat nec
in ventus est dolus in ore eius
Iste hodie est propter te in
nocentem interfectus et sicut
pro nobis omnibus hodie mor
tuus est pater noster fidelis
simus Ideo et nos omnes
debemus cum hodie ad ecclesiam
venientes imitari nostram
culpam deplangendo
patris vulnera quando et ma
tris eius pressime in ne
sis doloribus toto corde co
dolendo Quare non quod eius
dolor fuit magnus maior
maximus Magnus enim
dolor esset matri si unicus
eius filius coram oculis eius
occideretur ab illis quibus nunquam
aliquid mali fecisset Quare tam
maior dolor esset matri
si unicus eius filius coram
eius oculis occideretur ab illo
qui multa bona fecisset
Iste maximus esset dolor

q-mta

mater sic eius predilectus vnicus filius ibi ab illis vbi nullum consolantem se quocumque respiceret habere posset ¶ Item matris misericordie dolor fuit magnus quia vnicus filius eius coram facie crudelissime fuit occisus ab illis quibus numquam aliquid mali fecit vt cum dominus ihesus xpistus sicut testatur Jo[hannes] hodie ad auditum tanquam latro ducitur seruus impiissimi principis sacerdotum coram omni populo manu eleuata plagam maximam in preciosa eius facie dedit ¶ Ihesus autem sustulit se pacienti respondit ¶ Si male locutus sum testimonium perhibe de malo si autem bene quid me cedis. q. d. O quare innocentem meam faciem percudisti hodie tam crudelem plagam quia numquam in hoc mundo vlla feci tibi molestiam ¶ Item matris eius dolor fuit maior quia vnicus eius filius coram conspectu eius fuit turpiter occisus ab illis quibus multa et innumerabilia fecerat bona ut pote quibus olim terram lacte et melle fluentem dedit preciosam hodie eum pro triginta denariis dederunt Et qui olim panem de celo Et pro quibus olim omnes inimicos eorum interfecerunt cordis eorum letificauit cordi eius hodie vulnerantem lanceam reddiderunt Et qui olim pane de celo omnem saporem suauitatis habentem manibus eorum tribuit hodie suis manibus duos clauos hostiliter perforantes reddiderunt ¶ Et qui olim aquam de petra ne siti morerentur ori eorum tribuit hodie ori eius fel et acetum amarissimum reddiderunt ¶ Et qui olim eos omnes de morte eripuit. Hodie cum omnes duxerunt ad mortem. Q. Unde conqueritur dominus per psalmistam. Retribuebant michi mala pro bonis et odium pro dilectione mea. Item dolor matris tamen fuit maximus dolorum quia eius unicum filium pre filiis hominum speciosissimum quem angeli desiderabant prospicere coram eius lacrimantibus oculis tamquam latronem tradiderunt ubi nullum consolantem sentire valuit. Unde dicit psalmista. Improperium exspectavit cor meum et miseriam et sustinui qui simul contristaretur et non fuit qui consolantem me etc. Quid ergo fecit. Io. Stabant iuxta crucem Ihesu mater eius. Q. Stabat enim et respiciebat filium mansuetissimum tamquam agnum

morientem. Q. Potuit enim illud dicere ut dicit Anshelmus. Q. Amantissime puer quid meruisti quod ita pateris quia ecce eximile partibus corporis tui ita extendit. q. d. Q. Amatissime puer ecce manus tue quas sepe mihi amicabiliter porrexisti cum me inter omnes mulieres benedixisti quo eas hic video crucis duris clavis sic astrictas. Q. O amantissime puer quid meruisti ecce pedes tui sanctissimi quos meis manibus tam dulciter tractavi quando te parvulum in sinu locavi quo ergo eos hodie hic video tam duris vulneribus sic a cruce affixos. Q. Amantissime puer quid meruisti ut ita pateris ecce corpusculum tuum quod gestavi utero meo meis geniculis et volui in presepio cum quo

fugi in egyptum quia enim
cum cantu meo et fuso meo
quomodo ergo illud hic video
nudum pendens in pati-
bulo quid amatissime
puer quid meruisti ut ita
pateris certe enim cor
tuum benedictum quo tantum
me pre ceteris dilexisti quia
me ancillam humilem
in matrem elegisti quomodo
ergo illud video hodie
dura lancea frangere et
sanguine et aqua cum tanto
impetu affluere quid a-
matissime quid meruisti
ut ita pateris certe enim
os tuum benedictum quod lacte
uberum meorum potaui ma-
ternaliter quomodo illud ergo
video hodie siti arescere
et potari tam lacrimabili
clamans sicio nec tibi
unum haustum aque porri-
gere valeo quid amatissime
puer quid meruisti ita pa-
teris certe enim oculi tui
qui omnia vident quibus

michi inenarrabile solatium
contulisti quomodo ergo
hodie illos hic video ru-
bescentes flentes et tot
lacrimas amarissimas ef-
fundentes quis poterit
nisi dicere illud quis michi
det ut ego moriar pro te
fili mi hodie impletum est
illud quod dictum est per pro-
phetam facta est quasi vidua
domina gentium unde dicere
poterat hodie quid sol tu
compaciaris nobis hodie
tuam lucem subtrahendo quid
terra tu compaciaris nobis
hodie tremendo quid petra
tu compaciaris nobis hodie
scindendo quid pie fili certe
compaciuntur nobis hic resur-
gentes mortui et nobis
nolunt compati hodie vivi
nos persequentes sic dolo-
re conqueritur se dicens
plorans plorauit in noc-
te et lacrime eius in maxi-
llis eius non est qui consoletur
eam ex omnibus caris eius

3m

Erit est tercium signum quod debemus hodie respicere instanciam Christi oculis cordis nostri tamquam hospites in seruicium fideliter ministrante de quo dicit Christus Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat ministrant autem nobis multipliciter ministrant nobis humiliter viriliter et subtiliter humiliter laborando viriliter pugnando subtiliter allegando

¶ Est signum quod nobis seruiunt humiliter magna enim humilitas esset si alicuius nobilis regis vel regine filius pro amore tuo domum tuam intraret et stabulum inmundissimum suis mundis manibus ab omni sorde purgaret

¶ Sed quociens fecit regine celorum filius cum eum per penitenciam tamquam seruum invitasti domum tuam intrauit et stabulum inmundissimum suis manibus a sorde purgauit et cor tuum inmundissimum suis manibus omni stabulorum ab omni sorde peccatorum sua pietate et passione purgauit et fecit hoc inmundum stabulum domum regale hospicium Caueas ergo ne iterum lutum superbie auaricie et inuidie et maledictionis luxurie inferas in cor tuum et eum iterum purgando seruire compellas

¶ Istam conqueritur Christus per prophetam

¶ Seruire me fecisti in peccatis tuis et non solum fecerit eum seruire hodie ut sum verum eciam ut iumentum vt ait psalmus Ut iumentum factus sum apud te et cetera q. d.

¶ O homo quicquid facis de iumento tuo hoc hodie facis de me sicut iumento tuo graue iugum imponis sic michi hodie iugum grauissime crucis imposuisti et sicut iumentum ligatur et stringitur sic me ad columpnam tamquam latronem strinxisti. Et sicut iumentum ad macellum ducatur sic me ad macellum latronum duxisti. Et sicut iumentum excoriatur sic me hodie crudeliter et acute excoriasti. Set iumentum non excoriatur nisi mortuum, tu autem me excoriasti vivum hodie. Et sicut iumentum suspenditur in macello sic me hodie suspendisti coram matre mea in patibulo. Et sicut mactatur et occiditur sic me cum nichil mali tibi fecerim barrabam latrone dimisisti et me quasi latronem absque omni misericordia hodie occidisti. Et sicut caro iumenti venditur et comeditur sic et caro mea venditur et gratis datur omnibus fidelibus ad comedendum. Unde ait Ber. Bonus est minister qui carnem suam in cibum et sanguinem suum in potum et animam suam in precium nobis ministravit. ¶ Item servivit nobis viriliter pugnando. Exo. fugiamus israel quia dominus pugnat pro eis. ¶ Et sicut dominus tuus pugnavit pro eis nasciturus sic pro nobis hodie multo forcius pugnavit moriturus. ¶ Quis aus pugilem suum de victoria redeuntem gloriosum aspersum sanguine lividum fessum vulneratum contristatum in domum suam non receperit. Sed cum preterea diu pulsat aditum cordis tui pulsat dominus per prophetam. Ysaie xxviii Hec requies mea, reficite lassum .i. Christum multis tribulacionibus lassatum q. d. O homo dulce aperi introitum cordis tui et reffice caput Christi tui pro te pugnantis ut caput tuum in celo coronare valeam spinea corona hodie inbello suscepi. ¶ Respice manus Christi pro te pugnantis et ut manibus tuis inestimabile bonum tribuat manus mee duos clauos acutissimos susceperunt. ¶ Respice pedes Christi tui pro te pugnantis et ut pedibus tuis ingressum ianue celestis tribuat pedes mei duo profunda vulnera hodie susceperunt. ¶ Respice cor Christi tui pro te pugnantis et ut cor tuum mecum sine fine gaudeat cor meum diram lanceam hodie in bello suscepit. ¶ Respice in faciem Christi tui pro te pugnantis et ut faciem tuam septupliciter pulchrior sole faciat facies mea multas hodie in bello suscepit alapas. ¶ Respice oculos Christi tui pro te pugnantis et ut faciem oculi tui gloriosissimam in quam faciem angeli desiderant prospicere in celo in eternum videre valeas oculi mei velamine miserabile susceperunt.

¶ De signis omnibus dicit Augustinus: Ecce homo capud angelicis tremebundum spiritibus densitate spinarum pungitur. Facies pre filiis hominum sputis iudeorum deturpatur. Oculi lucidiores sole caligauerunt in morte. Aures que audiunt angelicos cantus audiunt peccatorum insultus. Os quod docet angelos felle et aceto potatur. Pedes quorum scabellum adoratur cruci clauo affliguntur. Manus que formauerunt oculos sunt in cruce extense et clauis affixe. Cor verberatur. Latus lancea perforatur et quid dicam plura non remansit in eo nisi lingua ut pro peccatoribus exoraret et matrem discipulo commendaret. ¶ Iste seruiunt nobis tamquam fidelis aduocatus qui pro nobis utiliter allegando ut ait apostolus

Aduocatu̅ habem⁹ i̅ celo
ih̅m xp̅m Et ex° sic q̅s
i̅ latrocinio dep̅hensꝯ po
neretur i̅ carcere vbi dilige̅
ter custodiret̄ ne vnq̄
aduocatꝯ exhiberetur sed exspe
ctaret ⁊ penitꝯ ignoraret
qn̄ iussu regis carceratꝯ
compelleret exire ⁊ morte
latronu̅ subire stultꝯ esset
si posset ⁊ aduocatu̅ no̅
conduceret qui ad rege̅ ac
cederet ⁊ p̅ eo subtiliter alle
garet vt sibi regis gr̅am
impetraret Et vbi p̅mum
mortale p̅ccatu̅ co̅misisti
ibi latrociniu̅ p̅egisti q̅a
ibi p̅ciosa̅ a̅i̅a̅m occidisti
vbi te pedellꝯ inferni in
carcerauit i̅ carcere co̅sue
tudinis p̅ccati vbi te adeo
diligent̄ custodiuit vt n̄
ad ecclesia̅ nec admissa̅
nec aduoca̅ doctoris nec
ad foꝝ co̅fessionis n̄ ad opꝯ
co̅fessionis nec ad co̅muni
onem s̅ac̅ xp̅i corporis te
transire p̅mittit sed tamen
penitꝯ nescis q̊ hora te car
ceratꝯ qui mors dicitur
Et dyabolꝯ iussu regis celoꝝ
te extrahat Et sente̅cia mor
tis occidat ¶ Co̅ductam⁹
ergo omnes aduocatu̅ q̅a
omnes p̅ccauim⁹ Et gr̅am dei
egem⁹ ostendit nobis aduo
catu̅ que nunq̅ adeo mag
n⁹ p̅ccatoꝝ conduxit Et ce
grauauit qui̅ dimissis
omnibꝫ p̅ccatis cu̅ regalit̄
bit ¶ Hic aduocatꝰ est ma
ria Et eiꝰ vnicꝰ filiꝰ de q̊
ait Ber̅n O homo secur̅
accessu̅ habes ad eu̅ vbi
habes matre̅ an filiu̅
filiu̅ ante p̅re̅ mater
ostendit filio pectꝰ Et vbe
ra filiꝰ ostendit patri latꝰ
Et vulnera ¶ Hic est pater
de quo p̅phetas ait In o̅ibꝫ
his no̅ est auersꝰ furor eiꝰ
ad huc manꝰ eiꝰ extenta
q. d. Ergo p̅ tuo miser
peccatore amputando eiꝰ
pede ne vnq̅ celeste in
mutm ingrediat̄ quia

veloces eius pedes ad effundendum sanguinem Unde hic filius ostendit patri latus et vulnera q. d. O piissime pater quamvis pedibus suis offendit te peccator proterve tamen hodie propter pedes meos sanguine rubricatos quos tibi obediens in cruce hodie usque ad mortem extendi Ysayas Adhuc manus eius sanguine plene sunt Et extenta q. d. Ego percutiam miserum peccatorem amputando manus eius ne unquam celestem coronam in celo recipiat. Quia manus eius sanguine plene sunt Unde filius ostendit patri latus et vulnera q. d. O dilectissime pater licet te offendit peccator manibus proterve tamen illi hodie propter manus meas sanguine rubricatas quas obediens in cruce hodie usque ad mortem extendi. Ysayas adhuc manus eius extenta q. dicat Ego percutiam miserum peccatorem os et linguam ne unquam valeat gustare dulcedinem quia locutus est vanitatem et mendacium Unde filius ostendit latus et vulnera q. dicat O dulcissime pater si peccator offendit te ore suo proterve tamen illi hodie propter te os meum benedictum quod filios tuos in hoc mundo docui Et acetum cum felle mixtum bibi Ysayas adhuc manus eius extenta q. di. Ego percutiam miserum peccatorem evellendo oculos eius ne unquam regale sacramentum videat quia oculos eius depredatus est etiam eius Unde filius ostendit patri latus et vulnera q. di. O dulcissime pater si peccator te offendit suis oculis proterve tamen illi hodie propter oculos meos quibus tibi obediens in cruce Et hodie tot lacrimas effundi quod per maxillas cum tanto

impetu fluxerunt quod cum
michi petre compatisse fue-
runt De hoc dicit Aug
Semper humanitate qua
pro nobis suscepit filius primo
vultui ut misceatur nostri
Creat quantum ~~sto~~ quod debemus
hodie respicere institutie spi-
oculis cordis nostri tamquam
discipuli in magistrum perfec-
tissime informantem
De hoc magistro dicit Io-
hannes est enim magister noster
qui in celis est Hic magister
doctissimus tamquam suos
dilectissimos discipulos
docet nos tria utilissima
hodierna die videlicet
imitari operari et regulari
Et ~~sto~~ quod nos docuit
imitari quod docuit enim
eum imitari in quodam
libro quod deus ab initio dic-
tavit et est mille duode-
cim annis et septuaginta
et amplius quod est ad terram
destinavit pro quo multi-
tudo angelorum exultavit

quod et septimanas in quadam
hospicio nobilissimo ~~ex~~
ultavit que terminat eius
annis multis clausum
reservaverunt Hic in alto
publico est hodie colloca-
tus et omni populo rese-
ratus Et quicumque fidelium
hunc librum didicerit et cot-
tidie meo diligenter lege-
rit vitabit illam viam que
ducit ad infernum et caret
viam que ducit ad purga-
torium et transibit solummo-
do viam que ducit eum ab ore
suo ad regnum ~~Nota~~ for-
te dices quo hunc librum
legam cum nunquam didicerim
Audi ergo hunc librum
~~et~~ et te docebo ut eum di-
ligenter audias et ante ocu-
los cordis tui ponas ut
semper meo omni necessi-
tate die tue leges Quia
enim liber iste est ipse
unigenitus dei filius quem
pater celestis pro nobis pecca-
toribus de celo ad terram destinavit

Et in hospicio nobilissimo scilicet gloriose virginis matris utero occultatus qui triginta tribus annis in hoc seculo hic hodie collocatus est et in altissimo crucis patibulo reseratus ad salutem omnis populi Et sicut libri explicantur folia sic christi explicantur crucis brachia Ut in passione eius hodie tamquam in libro legas et omne anime tue necessitate in eo invenias christus hodie tecum tamquam de ore loquitur dicens

¶ O homo disce in christo que cruce hodie ascendi lege hodie in me tamquam in libro quantum ego detestor superbiam et vanam gloriam quia hodie despectissimum locum elegi in quo nudus pendeo inter latrones duos quasi inter omnes despectissimus Ut discas in me humilitati ne unquam superbiam et vanam gloriam te sinas superari

¶ O homo disce in christo qui crucem ascendi lege hodie in me quantum detestor maledictam [illegible] avariciam quam hodie reliqui dilectam meam matrem discipulo latroni dictavi in paradiso vestes dedi militibus corpus crucifixoribus animam patri sic motus pietate nichil in cruce retinui Ut discas operari pietate ne tu me unquam per maledictam avariciam a te sinas separari

¶ O homo disce in quanta amaritudine mortem sustinui lege nunc quantum detestor concupiscenciam carnis et luxuriam permisi me colaphizari et tam turpiter pertractari Ut discas in me carnem tuam continere contra ne unquam me christum maledictam luxuriam a te sinas separari

¶ O homo disce christo qui amaritudinem mortem sustinui lege hodie in me quantum

ego detestor iracundiam quia
quasi agnus coram tondente
non apperui os meum
et dixisti in me per pacienciam
linguam tuam refrenare ne
unquam tu me permaledictum
iracundum a te sinistris sepa-
rari ¶ O homo dilecte christe
quantam .a. m. s. lege in me
quintum detestor cordis in-
vidiam quia occisoribus meis
licet me nunquam rogave-
runt condonavi et pro ipsis
patrem meum rogavi sup-
pliciter ut dixisti in me
omnibus inimicis tuis con-
donari ne unquam me per-
maledictum a te sinistris se-
parari ¶ O homo dilecte
christe quam amaram mortem
sustinui Lege in me quartum
ego detestor aciositatem
et accidiam detestor quia tantum
laboro ut eciam sanguinem
et sudorem effunderes ut dix-
isti in me bonis operibus
occupari ne unquam perma-
ledictum me a te sinistris se-
parari ¶ O homo dilecte christe
que amaram mortem susti-
nui lege in me quintum ego
detestor cordis gulam quia
ori meo vinum et poculum
non bibi sed siti arescens
aceto cum felle bibi ut dix-
isti in me os tuum ab ebri-
etate et gula conservare
ne unquam me permaledictum
gulam a te sinistris separari
¶ O homo dilecte christe que
amaram mortem sustinui
lege in me quintum ego te
amavi quia nunquam peccavi
et mortem sustinui propter
peccatis tuis et nec propter
iudeos me vocantes nec
propter matrem et discipulum
flentes michi assistentes
de cruce descendere volui ut
peccata tua christe me de-
fleas et de cruce penitencie
nunquam descendas ¶ O homo
dilecte christe que amaram
mortem sustinui Lege in me
hodie quantam fidelitatem
post mortem erga animas

amicorum meorum habui ut eas in corde meo nunquam oblivioni tradidi. Et ut tempemis libenter me in sacrificium deo patri obtuli. Et propter eas ad infernum descendi ut tristas in me hodie fidelitatem exerce, ita parentes tuos post mortem ne unquam oblivioni tradas, sed et omni qua poteris diligentia studeas suffragari, ut per eius preces manus valeant de purgatorio cicius liberari. Questio hic liber est venerande passionis, que nobis viam ostendit per quam Christus ascendit. Ut Augustinus: Quicumque vult regnum ingredi debet Christum per eandem viam diligenter sequi. Ut dicit Petrus: Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Questio Item docuit nos noster magister celestis diligenter laborare, ut Jo. Operamini dum dies est. Hec est enim dies in qua

matrice filius omne nostre salutis operatus fuit. Unde quadruplex exemplum nobis operandi reliquit. Primum exemplum est quod Christus hodie circumductus a Pylato ad Herodem, ad iudeos et ad iudicium et ad mortem. Sic tamen debemus hodie processiones celestes et sanctorum limina sibi honorem et reverentiam rependendo. Secundum exemplum est quod Christus stetit in cruce nudis pedibus usque ad mortem propter nos, ut nos propter eum nudis pedibus incedamus humiliter. Questio Tertium exemplum est quod hodie Christus non comedit sed ieiunavit in felle et aceto propter nos, ut nos propter eum ieiunemus in pane et aqua. Questio Quartum exemplum est quod Christus extendens manus et pedes ad modum crucis cum latronibus humiliter ascendit hodie propter nos omnes ad crucem, ut nos omnes propter eum extensis manibus et pe

nota

nota

dibus cum latronibus ad cruce
similiter attendamus et quia
largis regibus libenter servitur
qui semper servos suos co-
sueverunt remunerare et
quis magis largus quam
rex regum et dominus dominan-
cium qui hoc obsequium
quod sibi hodie a nobis exhi-
betur intris nos tenet
inctriu mechis quia de la-
bore vocat ad regem de do-
lore ad gaudium de paup-
ertate ad regnum de fame ad
satietatem ut dicit Matheus
Venite ad me omnes qui la-
boratis et onerati estis et
ego reficiam vos. Nonum Item
docuit nos fidelissimus
magister noster celestis de accep-
tis beneficiis continue re-
gratiari ut dicit Johannes
Accepit Jhesus panes et
cum gratias egisset et cetera
Nos si dei filius ita diligen-
ter gratias egit pro quinque
panibus ordeaceis quibus
turba saciatur quanto magis

debemus ei hodie agere gra-
tias de quinque eius preciosis vul-
neribus quibus nos hodie ab
eterna morte liberavit.
Maledictus enim esset quia
ille que pater eius pannibus
diligens suis preciosissimis
vestibus induisset suis aba-
ris delicatissimis enutri-
visset suis manibus fortis-
simus in bello usque ad mor-
tem paternaliter adiuvisset si
gratias ei non ageret sed
sine omni occasione quasi la-
tro in eum assurgeret. Ec-
ce enim pater tuus celestis
qui tenerrime tuum intentum
diligit quod etiam quasi ves-
timento sua gloriosa yma-
gine et similitudine de-
coravit suo corpore et pro-
prio sanguine sustentavit suis
fortissimis manibus prote-
mmuce hodie usque ad mor-
te pugnavit gratias ei non
agis sed oblitus omnium que
pro te passus est in eum tamquam
latro crudelis insurgis. Un-

querulose

Hodie ~~querulose~~ clamat ecclesia defendo quasi in persona Christi in cruce pendentis et dicens ¶ Popule meus quid feci tibi aut in quo contristavi te responde michi ¶ Ecce spoliatus sum hodie propter te usque ad ignominiosam nuditatem ¶ Quid ergo inputas michi quod iterum me in membris meis spolias per maledictam rapinam tuam Popule meus quid umquam feci tibi male in hoc seculo responde michi ¶ Ecce hodie venditus sum propter te pro triginta denariis et manibus inimicorum meorum ¶ Quid ergo quod iterum leviori me foro vendere non formidas per tuam maledictam avariciam popule meus quid unquam male feci tibi in hoc seculo responde michi ¶ Ecce ego spinis coronatus propter superbiam et vanam gloriam popule meus quid unquam mali tibi feci in hoc seculo responde michi ¶ Ecce corpus meum est flagellatum usque ad effusionem sanguinis ¶ Quid ergo michi imputas quod hodie inventum est iterum me flagellas per tuam maledictam iracundiam popule meus quid unquam male tibi feci in hoc seculo responde michi ¶ Ecce collum meum colaphizatum est hodie propter te crudelissime ¶ Quid ergo michi imputas quod me in te ipso iterum colaphizas per tuam maledictam continue mentientem linguam ¶ Popule meus quid unquam male feci tibi responde michi ¶ Ecce facies mea sputis iudeorum est miserabiliter conquinata ¶ sicut legisset ¶ Quid ergo michi imputas quod tantum me conspuis per maledictam luxuriam tuam ¶ Popule meus quid unquam feci tibi male in hoc seculo responde michi

